UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Basilica SS. Vdalrici Et Afræ Avgvstæ Vindelicorvm

Hertfelder, Bernhard

Augvstæ Vindelicorvm, 1627

urn:nbn:de:hbz:466:1-38643

Visual Library

N IV. 5.
Th. 1068a.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

GENERAL

SACRIC

CLERICOR

NICORVM

TRIPA

CVIVS IN I

TE DE CLERICA

P. AVGVSTINI INSTITVTO

origine, procursuque totius Ordinis

Congr. Canonic. Saluator

di

GABRIELE PENN

SE EX CONGREGATIONE L

Spoletum Abb

AD ILLVSTR.

D. ALEXANDRVM

dinalem Canonicorum

sem Pr

Edit

CO

Apud MICHAEL

Sub signo

ANNO M

Allegri Soc


BASILICA
SS. VDALRICI
ET AFRÆ AVGVSTÆ
VINDELICORVM
Historicè descripta atq; æneis figuris
illustrata.
Cum breui Chronico eiusdem
ab Anno C. 46. vsque
ad nostra Tempora.
Auctore
R.P.F. BERNARDO HERTFELDER
Monasterij ibidem Priore.
AVGVSTÆ VINDELICORVM,
Typis Andreæ Apergeri.
ANNO M. DC. XXVII.
Matthæus Kager inu.
Wolf. Kilian sculp.

REVE

A

IO

MONA

RICI

B

ptu maior est, &
acto, quamobr
ciebat. Nam e
mpio illo quo fu
aractibus mutat
ealiquoties resti
scripeis libris me
alio Fato potuit
lo panllo felicio
perficeres, & ad
uum ferre posse
septem annos,
in eá augendâ &

REVERENDISSIMO
ET
AMPLISSIMO
IOANNI
MONASTERII SS. VDALRICI ET AFRÆ AVG. VIND. ABBATI.

BASILICAM SS. VDALRICI ET Afræ, quam compendio descripsi & iam in lucem, satis alioqui lucidam & notam, profero, ad Te, Præsul Amplissime, adfero. Exiguum, fateor, à me munus, ideoque Domicilij sui, in quo natum est, fines egredi veretur. Res ipsa maior est, & certè momentum habet, sed à Te & tuo facto, quamobrem meritò potius ad Te, quam aliò respiciebat. Nam ecce Aedes hæc, quæ initio sat veteri ab antiquo illo ævo suam deducit Originem pro! quoties cum ætatibus mutata! quoties exusta! quoties vastata & dirutal quoties restituta non mansura! quorum vix hodie in scriptis libris memoria, Dei profectò munere, neque enim alio Fato potuit, Tibi reseruata est, qui eam superiori seculo paullò feliciori auspicio inchoatam, felicissimè tandem perficeres, & ad finem tam splendidum, qui longius ævum ferre posset, perduceres. Quam Tu hic per viginti septem annos, queis huic Cœnobio, præsides, magnificus in eâ augendâ & illustrandâ extitisti! quot Aras posuisti!

quot sacra adornasti! quot alia opera instruxisti & parasti! quibus, opinor, effecisti ne haberēt quod adderent posteri. Proinde reliquum est me Tibi cum Bilbilitano Poëtâ meritò nunc applaudere

Sic noua dum condis, reuocas —— priora
Debentur quæ sunt quæq; fuêre Tibi.

Quid porro dicam de Elegantiâ, Decore ac Pulchritudine quam in omnibus seruasti? Pulchritudine, inquam, illâ, quam omnes Naturâ ipsâ impellente appetunt & amant? Equidem circa Pulchrum versatur Amor, neque aliter Luce Oculus, quam Pulchritudine mens recreatur. Sed, obsecro, vbi magis illa desiderari potest quam in Templis, quę aureum illud Cœli fastigium & beatorum Spirituum felicissimam habitationem, quo conceptis votis omnes anhelamus, Nobis adumbrant? Libet hîc referre nobile dictum cuiusdam Principis ex præcipuis Sacri Romani Imperij, quamuis à nostrâ Fide Orthodoxâ alieni, quem, cùm ante annos aliquot Templum hoc nostrum visurus aduenisset, atque oculos satis inde oblectasset, cupido demùm subijt etiam suæ sectæ Synagogæ, quæ nobis vicina est, videndæ. Ducitur ad illam, intrat & adspectu fruitur. Aequi cum præter nudam Mensam, Pulpitum & Sedilia numero & Ordine Orchestram quandam præseferentia nil vidisset. *Quid hoc rei?* inquit, *Tantine fuit venisse vt hoc cerneremus? Istud certè quod paullò ante vidimus verè Templum est, at hoc nec rem habet, nec nomen Templi meretur.* Tam grata nimirum est in Templis Pulchritudo, vt ea seruata animos etiam alienos ad se inclinet & alliciat, neglecta gratiam omnem simul adimat & fastidium generet. Tu verò, Præsul Amplissime, seruasti eam & laudabiliter omnia ad decorem ita direxisti, vt Rem cum nitore & copiam cum gloriâ præclarè coniunxeris. Taceo hîc & consultò omitto enumerare singula quibus non magis Famam, quæ fluxa est & breuis, quam ÆTERNA Tibi bona parare voluisti. Sic enim Diui AMBROSI verba solaminis plena lege & spem cape; *Si Centurio*, inquit, *commendatur Domino qui ædificauit Synagogam, quanto est commendatior qui ædificauit Ecclesiam? Et si is meretur gratiam qui impietatis receptaculum præstitit, quanto maiorem meretur gratiam, qui Religioni domicilium præparauit? Et si ille cælestis misericordiâ visitatur, qui construxit*

Serm. 89. de Dedicat. Basil.

locum,

locum, vbi Christus semper negatur, quanto magis visitandus est, qui fabricari fecit tabernaculum vbi Christus quotidie prædicatur? &c. Summa horum est, Deum esse qui quæ nos gerimus audit & videt & qui Bonorum Operum æquissimus arbiter & munerator est. Is igitur ter Opt. Max. qui ad similia patranda vitam Tibi propagauit etiam deinceps incolumem Te nobis seruet ac Cælo demum humanis rebus ereptum inuehat, æternumque beet. Ita ominor & voueo. Augustæ Vindelicorum apud DD. Vdalrici & Afræ. VIII. Calend. Iulij. Die Diuo IOANNI Baptistæ Patrono Tuo ac Tibi Natali. Anno M. DC. XXVII.

R.ms & Ampliss.e P.T.

Cliens

F. BERNARDVS HERTFELDER.

AD LECTOREM.

TRes in hoc Opere Partes damus. Prima, eaque solа in Capita distincta est, & Situm, Originem, Incrementa ac Decrementa Loci, eiusq; quidquid est celebre enarrat.

Secunda in Penetralia ducit, & quæ illic sacra & antiqua adseruantur, oculis spectanda subijcit & explicat.

Tertia Temporis rationem declarat ab initio plantatæ hîc Christianæ Religionis vsque ad nostra Tempora, considerată simul Abbatum huius Cœnobij serie; Vbi & breuitati studuimus & Auctorum citatione superuacaneâ, quia partim obuij, partim in primâ Parte citati, supersedere voluimus.

Accipe ergo, Lege, Venerare
&
Boni consule.

INDEX

INDEX CAPITVM
Primi Libri.

CAPVT I.

TEmplorum Religio laudatur. Eam apud Antiquos celebrem; In Germaniâ quoque præcipuam semper fuisse.

CAP. II.

Situs loci ac totius Templi forma describitur.

CAP. III.

Origo huius Loci ad Aeuum S. Afræ deducitur.

CAP. IV.

Incrementa Ecclesiæ, eiusque præcipui Conditores in medium proferuntur.

CAP. V.

Dona præcipua & Principes à quibus profecta memorantur.

CAP. VI.

Incendia, Ruinæ & alia Aduersa recensentur.

CAP. VII.

Celebritas Loci & facta circa eum memorabilia.

CAP. VIII.

Dedicationes aliquot solennes, alijque actus hîc exhibiti.

CAP IX.

Sodalitas SS. Vdalrici & Afræ & quorundam Nomina eidem inscripta.

CAP. X.

Aræ & Sacella quædam intra, quædam iuxta Templum.

RR.di PP.es Rerum sacrarum Custodes.

Ad Basilicam SS. Vdalrici & Afræ.

MIra alij celebrent Ephesinæ Templa Dianæ,
Et Delubra Iouis, vel Salomonis opus.
Non hîc aut veterum cantabo Fana Dearum.
Aut numerabo Deos Roma superba tuos.
Eucho Vindelici præconia plurima Templi.
Vdalrice tuam prædico Diue domum:
Laudibus haud lignum, vel saxa extollo vel artem,
Insit Barbaricis ædibus isthic honos.
Ponrificum decorat præsentes gloria muros
Martyrijque sacro lecta cruore nitent.
Templa laboratis hæc sunt famosa columnis,
Sed sunt prodigijs plus celebranda suis.
Hic etenim antiquam viuunt modo funera vitam.
Claudus ceruinâ dexteritate salit.
Olim mausoli decorarunt marmora Bustum,
Sacris corporibus marmora nostra micant.
Argento niteant Salomonia tecta vel auro,
Splendescant Triuiæ Templa operosa Deæ:
Basilica Augustana suâ quoque luce coruscat,
Et vincunt rutilum Templa sacrata Iubar.
Sic Domus æternâ clarescis splendida luce,
Mensibus æternis incola Diue nites.

IHS

BASILICÆ SS. VDALRICI ET AFRÆ AVGVSTÆ VINDELICORVM Historiæ.

PARS PRIMA.

CAPVT PRIMVM,

Templorum Religio laudatur. Eam apud antiquos celebrem; In Germaniâ quoq; præcipuam semper fuisse.

INter ea ædificia, quæ publicum Vrbi decus atque ornamentum adferre solent, præcipuam dignitatem jure obtinent Templa. Iis Religionem inesse nemo est qui nesciat. Nam & ipsi Gentiles olim tam longè ab omni Pietate alieni non fuerunt, quin Dijs suis etsi fictitijs, ijsdemq; omni vitiorum turpitudine commaculatis splendidissimas tamen atque sumptuosissimas ædes extruendas, easque ornamentis ac donis largissimis instruendas esse crederent. Hac in re pietatem suorum Athenienſium magnificè laudasse videtur Græcus ille orator Demosthenes (a) qui in tertiâ suâ Olynthiacâ ita loquitur. *In ipsâ Vrbe spectate quales & publicis & priuatis in rebus se præbuerint. Publicè igitur ædificia & ornamenta talia & tanta vobis Fanorum & quæ his continentur donariorum instruxêre, vt ad illorum excellentiam à posteris addi nil possit.* Taceo alias Gentes, quarum non minus Religionis studium. De Romanis hoc solùm addo ex probatissimo Auctore; (b) Eos vt in ceteris omnibus ita in

(a) Demosth. 3. Olynth.

(b) Lips. lib. 4 de Magn. Rom.

hac parte alijs populis ſuperiores & verè admirandos fuiſſe, ſiue enim Numerũ ſpectes, inuenies quadringẽta viginti quatuor Tẽpla Romæ fuiſſe; ſiue altitudinem tectorum, Rutilius Poëta hyperbolicè ad Romam dixit;

Non procul à Cælo per tua Templa ſumus;

Siue denique ornamentorum ſplendorem ac magnificentiam; Non Marmore ſolum parietes nitebant, ſed auro lacunaria, tecta, foreſque radiabant, vt meritò idem Poëta dixerit

Ipſos crediderim ſic habitare Deos.

Sed de vanis hiſce Gentilium Fanis iam ſatis hæc; Quæ ſi non inanibus illis Deorum monſtris ſed potius vni, vero ac viuo DEO condidiſſent, quem certè Naturâ ipsâ duce, ſi voluiſſent, & ſcire poterant, & colere debebant, *Nemo enim eſt*, inquit Damaſcenus, (c) *cui non naturaliter inſitum ſit vt DEVM eſſe perſpectum habeat*, prò quantæ Virtutis ac pietatis laudem apud poſteros promeruiſſent? Ad Chriſtiana igitur ſecula & Templa conuertimur. Ea primis Eccleſiæ temporibus partim Delubris Gentilium ſucceſsêre, quorum plurima in Sanctorum Martyrũ Memorias fuêre conuerſa, quod multis retrò ſeculis futurum aliquando præuidens Mercurius ille Triſmegiſtus vehementer indoluit, quia apud D. Auguſtinũ (d) fatetur venturum eſſe tempus quo illa Delubra auferrẽtur ex Ægypto, *Tunc terra iſta Sanctiſſima*, inquit *ſedes Delubrorũ atq; Templorũ, ſepulchrorũ erit mortuorumq; pleniſſima. Loquebatur nimirũ per eum*, vt idẽ S. Auguſtinus interpretatur, *dolor Dæmonũ, qui ſuas futuras pœnas apud Sanctorũ Martyrũ Memorias imminere mærebant. In multis enim talibus locis torquentur & confitentur, & de poſſeſſis corporibus hominũ ejiciũtur*. Hactenus Auguſtinus. Partim etiam à fundamentis per Chriſtianos erecta fuêre Nã ab initio naſcẽtis Eccleſiæ ſub ipſis etiã perſecutionum procellis Chriſtianos nõ tantum priuatas domos aut cryptas quibus ad Synaxin cõuenire poſſent, ſed etiã Tẽpla ſatis celebria & ampla, eaq; pretioſiſſimâ ſuppellectile, lucernis alijsq; vaſis aureis & argẽteis inſtructa atq; ornata habuiſſe Eccleſiaſtica tradit hiſtoria. (e) Certe tẽporibus Cornelij Papæ qui Pontificatum

(c) *Damaſc. l. 8. Orth. Fid. c. 1.*

(d) *Aug. l. 18. de Ciuit. c. penult.*

(e) *apud Baron. Anno C. 57.*

tificatum inijt Anno CC. LIV. quadraginta & sex Romæ fuisse Ecclesias ad Christianũ vsũ excitatas testatur eiusdem Epistola ad Fabium Antiochenum. Alibi quoq; plurimas fuisse ex eo fit manifestum quod Diocletiani imperij anno XIX. cùm sæuissima omnium concitata esset persecutio, nouo aduersus Christianos mense Martio aduentante die Paschatis per vniuersum Romanum Imperium promulgato edicto, ipso die Passionis Domini teste Theodoreto, (f) aut certè quod vult Eusebius (g) ipsis diebus Paschalibus omnes Ecclesiæ Christianorum ex composito dirutæ ac prostratæ fuerint.

(f) *Theod. lib. 8. hist. 38. in fin.*
(g) *Euseb. in Chron.*

Postquam reddita Ecclesiæ Pax per Constantinum Imp. Templaq; Dijs ac eorum vanis cultoribus clausa, Christo ac nobis aperta fuêre, difficilè creditu est, quam effusa munificentia eiusdem Imperatoris fuerit in extruendis ac dotandis tã Romę quam alibi Ecclesijs. Certè Gentiliũ Historici (h) de hoc queruntur, cũ eũ per inuidiã immoderatæ profusionis & inutiliũ structurarum redarguunt. Sed multò rectiùs eũ cõmendat & summis laudibus effert Anastasius Bibliothecarius in libello quẽ de Munificentia Constantini inscripsit. Ex quibus rectè Henricus Spondanus (i) cõcludit, hac quoq; ex parte nobilissimæ domus (k) fuisse maiorẽ quã primę gloriã, cũ superet numerus & pretiũ vasorũ Romanæ Ecclesiæ vasa Templi quę tũ à Salomone collata sunt, tũ denuo in eius reædificatione restituta.

(h) *Zos. lib. 2. Vit. in Const.*
(i) *Spond. A. C. 324. n 21.*
(k) *Agg. 2.*

Quod Romæ Constantinus cœpit, idem toto orbe Romano fieri mandauit, vt scilicet Ecclesiæ amplioribus spatijs ædificarentur. Talibus initijs non parua sumpsit incrementa viresque Sacrorum Religio quãuis nõ sine grauissimis aduersarijs qui Petri Nauiculam per aliquot secula medijs in fluctibus existentem insano furore opprimere ac penitus subuertere nitebantur. Fuit autẽ constans quorundam sed vana assertio, idque passim creditum, annum Christi Millesimum Mundo fore fatalem, vel certè fini propinquum; Nec deerãt prodigia cœlo terrâq; visa, Terræmotus, Cometæ, corruptio morum inter homines præsertim Ecclesiasticos,

quæ huiusmodi cladem prænuntiare poterant. Hinc prisci feruoris remissio, neglectus rerum sacrarum templorum cultus exiguus ac pænè nullus. Verùm elapsis duobus vltra Millesimum annis, euanascente illo vaticinio, euanuit & timor. Ideoq; vt Glaber Rodulphus (l) scribit, tertio jam fere imminente anno contigit in vniuerso pænè terrarum orbe, præcipuè tamen in Italiâ & Galijs innòuari Ecclesiarum Basilicas, licet pleræq; decenter locatæ minimè indiguissent; æmulariq; vnamquamq; gentem Christicolarum aduersus alteram decentiore frui. Erat enim instar ac si Mundus ipse excutiendo semet reiectâ vetustate passim candidam Ecclesiarum vestem indueret. Tunc deniq; Episcopalium sedium Ecclesias pæne vniuersas ac cetera quæq; diuersorum sanctorum Monasteria seu minora Villarum Oratoria, in meliora quique permutauêre fideles. Hæc ex Glabro Spondanus. (m) At Germania nostra quid? Laudatur planè apud Illustrissimum Cardinalem Baronium à Ditmaro (n) Germanicarum rerum scriptore ac Episcopo Mersburgensi summa eius Religio. Et mirum est quod narrat circa annum Domini MXVIII. in quadam eius primariâ ciuitate Kiouiâ plures quam quadringentas Ecclesias numeratas fuisse. Verum Kiouia hæc non Germaniæ sed Russiæ ciuitas est, fuitq; priusquam ab hostibus expugnaretur eius Regionis Metropolis. Maneat nihilominus Germaniæ sua Laus, quæ enim ciuitas in eâ est, in quâ non præclarissima sint exempla, quàm splendida olim Maiores nostri molitifuerint Templorum ædificia? Nos adhuc ea spectamus, miramur ac possidemus. Quis verò aliter crederet gentem hanc præ alijs etiam nobilissimis Romani Imperij sedem ad se trahere potuisse, nisi pietate ac Religione viam sibi eò parasset? Sed heu? quàm degenerarunt postea recentiores? Videmus ipsi ac dolemus post discessionem illam superiori seculo factam ab Ecclesiâ in plurimas sectas diuisam pluribus in locis Religionem exulantem, pietatem proscriptam, templa spoliata, profanata, omnibus ornamentis ac donis priuata; Quis ergo mi-

retur,

(l.) *lib. 3. c. 4.*

(m) *Spond. A. C. 1003.*

(n) *Ditm. lib. 7.*

retur, si multorum hominum pauidos animos subeat cogitatio de Mundi fine ac interitu? Signa hæc sunt quæ, si alia huius seculi mala adiungas, etiam sapientes perturbare possunt. Sed hæc etsi non vana, nobis tamen, Deo ita volente, incerta sunt. Videtur enim afflictæ nostræ Germaniæ post tam densas errorum tenebras, post graues animorum dissensiones atque etiam inter ipsos bellicos tumultus noua Lux oriri ac fausti aliquid prænuntiari, cùm vbiq; locorum Templa nouas induant facies, Diuinusq; cultus, qui excrescentium malorum fluctibus omnino obrutus existimari poterat, indies fiat eminentior. Quis enim auitæ Religionis Princeps, quæ Ciuitas, qui sacrorum Antistites non toti incumbunt hodie in reparationem, erectionem ornatumq; Ecclesiarum, Monasteriorum siue Collegiorum? Felix Augusta & hac in parte præcipuè commendanda; In qua cum omnia magnifica, ampla & culta sint, Templa quoq; habet sibi satis æquâ proportione respondentia. Ea, quâ Catholicos agnoscit Pastores in sex discriminata est amplissimas Paræcias; Præter Cathedralem duas habet Collegiatas Ecclesias, loca Religiosa quâ viris quâ fœminis habitata vndecim continet. Plura olim numerabantur, sed ea in alios vsus conuersa fuêre. Maior autem ac felicior multò esset si vnius Religionis existeret. Nos alijs omissis ad S. Vdalrici Basilicam quam illustrandam suscepimus progrediamur.

Hic inserendus Iconismus Monasterij.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

Situs Loci ac Totius Templi forma describitur.

BAsilica SS. Vdalrici & Afræ Augustæ Vindelicorum Vrbe totius Germaniæ facilè Principe ac Sueuiæ Metropoli ad Austrum obuersa, loco editissimo ac munitissimo Verticis instar posita est. Principiò intra veterem Ciuitatis ambitum minimè comprehendebatur, quamuis non sine periculo tam sui quam Reipub. cui si qua hostilis vndecunq; incursio aut obsidio sustinenda foret (sensit autem non rarò eiusmodi incommoda) timendum semper erat ne Ecclesia hæc in Colle Vrbi infesto sita hosti sedes vel receptus aut certè præda fieret. Conuenerunt eâ de causâ Abbas Monasterij (erat is tunc Adalbero Septimus, qui obijt Anno M. LXIV.) ac Proceres Augustani, quorum publico demum consensu producto pomærio Monasterium cũ adiacente agro Ciuitati inclusum fuit; Atq; hoc pacto Ciuitas & Monasterium in vnum corpus, saluo vtriusq; Iure, coaluerunt. Sed hæc à principio quidem licet non adeo firmo opere, (sicuti solent initia esse tenuia) ad stabile ac tutum munimentum; Posteri deinde maiora moliti firmissimis propugnaculis, vti hodie cernuntur, fossis ac Militum præsidio additis, eam præcipuè Vrbis partem quâ S. Vdalrici Basilica continetur, ad quoslibet hostium impetus frangendos validissimè communiuere. Cæptum hoc opus Anno M. D. XLV. vt publica docet inscriptio, & sequenti statim anno perfectum.

Ergô hic situs loci, atq; is Naturâ excelsus, vt diximus, (libenter equidẽ Benedictinæ familiæ Ascetæ in edito ædificant & habitant ad exemplũ sui Institutoris, qui in altissimo olim Monte, vbi Castrum Cassinum erat, prima Ordinis sui fundamenta iecit) Accedit nihilominus ipsius Templi insignis moles, quæ inter alia Vrbis ædificia adeo caput effert, vt candidam frontem suam oculis etiam longissimè distantium cum ratâ venustate obijcere soleat. Tota Templi machina quæ ob-

longa

L. ET AFRÆ

C V N D V M.

pli forma describitur.

ræ Augustæ Vindelicorum
facilè Principe ac Suevie
rsa, loco editissimo ac mu-
osita est. Principiò in-
tum minimè comprehen-
ericulo tam sui quam Rei-
cunq; incursio aut obsidio
m non rarò eiusmodi in-
per erat ne Ecclesia hæc in
edes vel receptus aut certè
eà de causâ Abbas Mona-
eptimus, qui obijt anno
gustani, quorum publico
oomærio Monasterium cū
sum fuit; Atq; hoc pacto
num corpus, salvo vnius;
rincipio quidem licet non
nt initia esse tenuia ad fu-
; Posteri deinde maiora
ulis, vti hodie cernuntur,
ditis, eam præcipuè Vrbs
a continetur ad quoslibet
validissimè communiē-
o M. D. XLV. vt publica
atim anno perfectum.
s Naturâ excelsus, vt dis-
ctinæ familiæ Ascetæ in e-
exemplū sui Institutoris,
bi Castrum Cassinum e-
nenta iecit) Accedit ibi-
is moles, quæ inter alia
rt, vt candidam frontem
distantium cum ratâ ve-
Templi machina quæ ob-
longa



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



longa est pedes habens CCCX. (latitudo quippe in pedes XCIV. altitudo si eam à pauimento vsq; ad fornicē metiaris in vnū supra centū protenditur) Crucis formā refert. Antiquo certè more. Equidem vt Durand. in suo Rationali scribit. *Dispositio Ecclesiæ materialis modum humani corporis tenet. Cancellus namq; siue locus vbi altare est, caput repræsentat, & Crux ex vtraq; parte brachia & manus, reliqua pars ab occidente quidquid corpori superesse videtur.* Hæc ad amussim obseruata in nostrâ Ecclesiâ. Tribus enim pars anterior versus Orientem Solem Choris distinguitur, quorum primus paulò ceteris eleuatior, qui etiam subsellia ad Diuina officia decantanda comprehendit, S. Narcisso consecratus est Alij duo Chori binis gradibus inferiores è regione in æquabili pauimento candido marmore strato mutuo sibi respondent, ac Templi longitudinem extransuerso intersecant extentisq; velut brachijs Crucem conficiunt. Dexter meridiem versus à S. Vdalrico Episcopo ac Patrono Diæcesis præcipuo, sinister verò Aquilonem versus à S. Afra Martyre nomen habent. In his Choris tres visuntur Aræ opere sculptili magnificentissimæ quarum Iconismos infra dabimus. *Dur. l. 1. de Eccl. & eius par. c. 5.*

Posteriorem Templi partem, quam Nauim appellant, queúe occiduam partem respicit, nouo è coctili latereструcta pergula ab anteriori discriminat, cui quatuor cancelli ferrei fabrè elaborati paribus interuallis distincti subijciuntur ad arcendos exteros, ne cuiuis liber ad interiora pateat accessus. Nauis hæc quæ ex integro, sicut reliqua Templi pars, testudinata est, septenis æquali ordine vtrinque positis è quadrato lapide pilis incumbit, quas nec secula quidem dissoluere posse credas. Alas duas habet sub tecto quam medianæ Ædis aliquanto humiliori, concameratas tamen quibus etiam sacella quædam adhærent quæ totius structuræ proportionem ac elegantiam non parùm adaugent. Organa in hac æde duo & operis pulchritudine & concentus suauitate mirè consonantia conspiciuntur; Vnum in medio Templi supra pergulam, quam diximus, ipsius Monasterij sub moderno Abbate sumptu erectū; Alterum

rum in extrema Templi orâ sublimi fornici superbè insistens, Illustris Fuggaricæ Gentis munificentiam exhibet, cuius insignibus refulget.

Suggestum hîc non præteruehamur, opus certè magnificum ac venustum, tantæq; ædis non minimum ornamentum, positum Anno MDCVIII.

Vltimam huic Ædi gratiam quod addit, lumen est per fenestras receptum, quarum numerus, altitudo & claritas mirè commendat hoc quidquid est ædificij.

Ad læuam superioris Chori Turris alta, elegans ac longè conspicua est, inter egregias Germaniæ merito numeranda. Eam primò emolitus est Conradus Mörlinus Abbas primarium lapidem ponens Anno M.D.VI. cum tali inscriptione.

SVB ANNO INCARNATIONIS CHRISTI MDVI
CALEND. IVNII AC REGIMINE D. MAXIMILIA-
NI ROM. REGIS, NEC NON CONRADI ABBATIS
HVIVS NOMINIS SECVNDI, HIC LAPIS HVIVS
TVRRIS PRIMARIVS IN PRÆSENTIA CLERI AC
POPVLI SVMMA CVM DEVOTIONE AC SOLEN-
NITATE LOCATVS EST AB EODEM ABBATE.

Deinde à fundamentis eductam robusto operetempli fastigio adæquauit, ibiq; desijt. At longo post interuallo Iacobus Köpplinius Abbas eandem perfecit, ac supremũ verticem imposuit Anno M. D. XCIV. Non surgit æquabiliter in altũ, sed pulchrâ varietate quâ è solo extollitur vsq; ad id spatij quo æs campanũ suspensum est, quadrangulam habet figurã. Deinde nonnihil angustior octogonã recipit formã vsq; ad podium quod totã in orbem cingit Turrim. Hinc rursus attollitur eadem quidem formâ sed impari crassamento, ac demũ in pulchrum terminatur hemisphærium æreis laminis tectũ. Certè si apud Horatium laudem meretur Domus,

Longos quæ prospicit agros,

quis inuideat, si Turris ista laudetur, quæ cum in pedes CCCXX. assurgat, omnia circumiecta ad multa millia passuum tam Sueuiæ quã Baioariæ confinia detegit, & oculis in latissimam illam planitiem, quam Lycus amnis interluit, prospectum præbet amænissimum: Ascensus per eam facilis & commodus. Exteri fruuntur, mi-

ranmur

rantur & laudant. Sed & alteri Turri initium datum eodem opere ac molitione, cuius infra fiet mentio, quæ tamen fastigium Templi non excedit. Erit fortè aliquando cui suppetet animus, & finem tam præclarè inchoato imponet ædificio.

CAPVT TERTIVM.

Origo huius Templi ad Æuum S. Afræ deducitur.

VTà capite igitur ordiamur; Principium huius Ædis S. Afræ Martyris æuo deberi, res est extra controuersiam, ab eâ quippe solâ sexcentis propè annis nomen tenuit & in hodiernum vsque diem, addito & S. Vdalrici constanter retinet. Verùm anteà ne aliquis Christianæ Religionis cultus aut fidelium congregatio hîc fuerit non tam facilè quis dixerit aut negauerit. Equidem quis primò & quando Euangelium Augustæ docuerit, ibique Christianorum Ecclesiam instituerit, dubium esse potest. Id mouet Doctissimus Marcus Velserus, (a) nec ex inani coniecturâ probabile censet ab ipsis Apostolorum Principibus aut eorum certè proximis successoribus Christianæ Fidei quosdam radios in hanc Prouinciam iam immissos. Palam est (b) Petrum Apostolum ad plerasque Occidentis Prouincias, ipsam quoque Germaniam Discipulos misisse imò nonnullas earum, Italiam præsertim per seipsum obiuisse Euangelij promulgandi gratiâ. Nec sine fructu, potuit enim Iustinus Philosophus & Martyr, qui Anno C L V. pro fide Mortis supplicio affectus est, de suo æuo ita scribere; *Ne vna quidem natio vel Græca vel Barbara, vel quocunque tandem censenda vocabulo, ne ex his quidem quæ pro domibus plaustris vtuntur ac tentorijs, agentes vitam pastoricam, tam alienâ est à IESV Crucifixi nomine, vt nec preces nec gratiarum actiones in eâ dirigantur ad omnium Patrem Conditoremque.* Audis Barbaras Gentes, easque remotissimas eo tempore Christum nouisse? quis verò non potius de propinquâ hac Retiæ Prouinciâ, Italiæ tunc temporis accensâ ac veluti suburbanâ, deque Vrbe hac in eâ Metropoli id credat? Sed hæc

(a) *Rer. Aug. l. 6.*

(b) *Baron. Tom. 1. A. C. 46.*

ex coniecturis & sine auctore. Nec mirum, cum Diocletianus Imperator postmodum omnes, quot quot reperiri potuêre, libros Christianæ Religionis monumenta continentes ignibus tradi præceperat; Vnde & hîc multa intercidisse credibile est. Certius est quod ex Augustanæ Ecclesiæ antiquâ traditione habemus de Lucio Britanniæ Rege, quem nonnulli cum Cyrenensi illo, cuius Lucas in Actis meminit, non rectè confundunt. Is ab Eleutherio summo Pontifice circa Annum CLXXXIII. per legatos Fugatium & Damianum siue Donatianum Christianâ Fide imbutus spreto Regno multa terrarum spatia, vt & alijs Christum prædicaret, obiuit. Inde in Rætiam nostram veniens, Augustæ Euangelium docuit, & Virum quendam Vrbis primarium Campestrium nomine cum totâ familiâ & alijs quibusdam Ciuibus sacræ Fidei adiunxit. Plebs reliqua ægre tulit hanc rem, quæ Religionis odio in motum turbasque breui erumpens hominem hospitem primò conuitijs incessit, dein verberibus plagisq; mulctat, lapidibus petit ac demùm puteo demergit, vnde Fidelium ope vix semiuiuus extractus hostium inuidiam declinans in interiorem Rætiam, vbi Curia Vrbs hodie sita est secessit, ibiq; Martyriũ consummasse dicitur, quanquã in nostrâ Ecclesiâ titulo Confessoris in veneratione sit. Fama est ædiculã illã S. Gallo hodie sacrã propè S. Stephani antiquissimã in hac Vrbe esse atque hoc tempore positam. Vt ergo dicamus & fateamur ante S. Afram Augustæ Christianos extitisse atque etiam Conuentus forsan habuisse; atqui cum nulla sit memoria Episcopũ quempiam tunc præfuisse, facilè arbitrari possum, veram ac perfectam particularis Ecclesiæ formam hic eo tempore minimè adhuc fuisse, quam sine legitimis Pastoribus, quorum interest formam Gregis esse, (c) subsistere non posse Catholica doctrina est. d)

(c) 1. Pet. 5.

d) Bellar. To. 1. Contr. p. 2. c. 2.

Principium ergò Augustanæ Ecclesiæ ad aliud ævum ac posterius deducendum nemo negauerit: sed cui alij nisi Narcisso nostro id debemus? Certè Apo-

stoli

ſtoli Auguſtani Titulum & honorem iure ſibi vendicat & multis iam ſeculis poſſidet. Gerundenſis in Hiſpaniâ Tarraconenſi erat Epiſcopus; Inde ad tempus excedens, Auguſtam, DEO ita diſponente, peruenit, ſed hac occaſione.

Diocletianus Imperator cum ſuo Collegâ Maximiano, Chriſti & Chriſtianorum hoſtis infenſiſſimus, quos toto ſui Imperij tempore (imperauit autem viginti totis annis ac demùm imperio ſe abdicauit) perſequi ſolitus eſt, decimo nono tandem Imperij ſui Anno qui erat Chriſti CCCII. omne virus effundere cupiens, noua per vniuerſum Romanum Orbem eaque ſeueriſſima aduerſus Chriſtianos promulgauit edicta. Excitati fuêre his veluti claſſico quodam omnium Prouinciarum Preſides, qui quotquot inuenire poterant (conquirebantur autem diligentiſſimè) hoc nomine notatos, immaniſſimè excruciatos neci dabant. Quam igitur acerbè graſſata fuerit eâ tempeſtate in Hiſpanijs etiam perſecutio, plurimorum Martyrum Paſſiones, quibus Martyrologia referta ſunt, abundè teſtantur. Hinc Narciſſus Gerundenſis Epiſcopus non Mortis quidem metu, quam poſtmodum conſtanter ſuſtinuit, ſed Diuino prorſus impulſu cedendum aliquantiſper ratus, fugam arripuit, & longo ſatis itinere emenſo, ad hanc Vrbem cum Diacono Felice profugus, vt Acta S. Afræ narrant, appulit. Fortè fortuitò ingreditur Domum Afræ mulieris in totâ Ciuitate ob vitæ turpitudinem notiſſimæ. Ipſa ſiquidam cum tribus puellis Dignâ, Eunomiâ & Eutropiâ Cyprio more, vnde originem trahebat, Veneris ſacris dedita corpus vulgauerat. Narciſſus igitur non ingratus hoſpes excipitur pro Amatore, paratur epulum & alia quæ ſolent amaſijs. Venitur ad cœnã, vir Sanctus Chriſtiano more Cruce frontem ſignat, orat & pſallit. Afra hæc omnia præſens intuetur, miratur & ſtupet, & quinam ſint hi inexſpectati hoſpites diligentiùs inquirit. Ediſcens autem Chriſtianorum eſſe Epiſcopum, primùm quidem attonita humi procumbens indignã

se tali profitetur hospite (quod argumento esse potest Christi nomen Afræ etiam antea non penitus fuisse incognitum) sed mox spe veniæ peccatorum allecta ac per sanctum Episcopum edocta modum quo à tot peccatis mundari & ad meliorem frugem conuerti possit, communicato prius cum puellis consilio Spiritu Sancto mirabiliter ita disponente pariter resipiscunt, errorem agnoscunt ac Venere valere jussâ Christo dant nomina.

Hilaria Mater Afræ certior horum reddita, Episcopum ad suam inuitat domum; Venientem sub noctis crepusculum læta excipit, & cùm per tres horas ad pedes eius supplex jacuisset, filiam imitata, patefacto prius veteri errore, deinde abjurato, cum totâ cognatione sacro fonte abluta & Christo adiuncta fuit. Narcissus per nouem menses Augustæ commorans, Domum Hilariæ in Ecclesiam Christianorum vertit & Apostolis Philippo & Iacobo, quæ posterioribus seculis à S. Martino titulum accepisse traditur, dedicauit: Dionysium Hilariæ Fratrem in Presbyterum vel vt communiter creditur in Episcopum ordinauit & nouitiæ huic à se institutæ Ecclesiæ præfecit, ac demum cunctis bene stabilitis in Hispaniam remeauit. Afra breui post discessum Sancti Narcissi, quod Christiana esset, comprehensa Gaio Præsidi sistitur. Annus Passionis Afræ non idem apud omnes; Regino CCXLII. Hermannus CCCIV. Velserus & Baronius CCCIII. alij alios assignant aut certè rem sub dubio relinquunt. Prima sententia per se ruit, neq; enim Diocletianus tunc Imperator. Cum alterâ sentire non possum, cum Diocletianus eo tempore Imperio jam se abdicauerit. Tertiam igitur amplector & moueor, quia disertè docet historia passam esse S. Afram *cùm sæua esset persecutio*, quod de alijs quam duobus vltimis Diocletiani annis quibus imperauit intelligi nõ potest. Neque mihi quis dicat persecutionem etiam post abdicatum à Diocletiano Imperium durasse; In Oriente id factum non abnuo, attamen in Occidente, sub quo etiam Rætia comprehensa, sub Constantio Chloro qui proximè Diocletiano successit, etsi non penitus

vbiq;

vbique cessauerit, remissius agebatur cũ Christianis erga quos, vti & filius Constantinus bene affectus erat.

Afra igitur Anno Christi CCCIII. mense Augusto ob fidẽ comprehensa cùm nec minis, atq; etiam, vt probabile est, verberibus, neque blanditijs ac promissis sat speciosis adduci posset vt Capitolium accederet Dijs sacrificatum, iniquus præses multum stomachatus iniquissimam tulit sententiam, vt viua ignibus exureretur. Dictum, factum. Rapitur à Ministris & mox in Insulam Lyci fluminis (hodie continens est) ad supplicium ducitur, vbi stipiti, qui adhuc in Ecclesiâ illic extructa seruatur, alligata, factâ ad Deum prius feruentissimâ oratione, hostiam semetipsam offerens, sarmentis circumdatur, atque igne suppositò sanctam exhalat animam corpore à flammis illæso manente. VII. Id. Augusti hæc contigisse Augustana sentit Ecclesia vbi etiam idem dies S. Afræ sacer habetur, quamuis Romæ, (e nescio quâ occasione) Nonis Aug. celebretur. (c) *Mart. Rom. 5. Aug.* Dubio non est locus dum hæc gererentur plures Christianos spectatores huius supplicij adstitisse; tres autem puellæ propius accedere non ausæ, cis flumen substitêre donec cunctis recedentibus securæ nauigio transportari possent, vbi Corpus S. Martyris integrum repererunt.

Redditur illicò per puerum certior Hilaria, quæ noctu egressa cum Sacerdotibus Dei tulit sacrum corpus, idque Christiano ritu in eâ memoriâ, quam S. Afra sibi suisque viuens struxerat, sepeliuit. Certè Afram extra mœnia in suburbio prædium habuisse, in quo memoriã sibi suisque struxerit, atque ibi etiam habitasse, antiqua testantur monumenta, nec dubitant qui rerum Augustanarum aliquam habent notitiam. Et cùm alij quam plurimi Martyres in eodem loco fuerint sepulti, de quibus nulla penitus est memoria quod aliunde huc illati fuerint, verosimilimũ est Aream huius nostræ Basilicæ in qua illorum ossa recondita sunt, commune Martyrũ Cæmeterium Memoriæ S. Afræ contiguum fuisse. Nec mirum S. Afram Cæmiterium in suo prædio pro Martyribus instituisse, id enim pietati tantæ Martyris conue-

niebat, cum legamus Romanas olim nobiliſſimas Matronas Felicitatem, Priſcillam, Lucinam & alias idipſum ſummâ cum laude feciſſe. De die ſepulturæ S. Afræ non planè conſtat, cùm dicat hiſtoria illâ ipsâ die quâ ſepulta fuit S. Afra, Hilariam cum ceteris Martyribus paſſam. Dies autem paſſionis Hilariæ pridie Idus Auguſti colitur. Vnde colligere licet Corpus ſanctæ Afræ per aliquot dies inſepultum jacuiſſe, aut certè ſecuro quodam loco poſitum & cautè cuſtoditum fuiſſe vſque in diem ſepulturæ qui fuit Pridie Idus Auguſti. Memoriæ, de quâ diximus, qualiſcunque fuerit, ſiue in modum ſubterraneæ ſpecus, ſiue Oratorij cuiuſdam facta, ædiculam paruam ab ipsâ Hilariâ cum famulis inædificatam fuiſſe antiqua noſtræ Eccleſiæ traditio eſt, in quâ dum primo ſtatim die excubant pſallentes & orantes, res ad Gaium Præſidem perfertur, qui miſſis illicò lictoribus jubet vt pacatè primùm cum illis agant, promiſſis præmijs ſi obedierint, deinde ni Dijs ſacrificare voluerint clauſa Memoria, ne detur locus euadendi, igni ſuccendatur. Sed cum illæ de Sacrificio nihil penitus audire vellent, eâdem cum S. Afrâ pœnâ affectæ cœlo inferri meruerunt. Igitur ad inſtituti me lineam nunc redeo, & aio ab hac conuerſione S. Afræ eiusque familiæ ortum Eccleſiæ Auguſtanæ, & ab hac Memoria, Martyrumque cœmeterio initium huic Baſilicæ fuiſſe, quod hactenus quæſiuimus. Sed auctam hanc fuiſſe ſtatim à Morte S. Afræ ſacrâ ædiculâ ſiue paruâ Eccleſiâ, ſupra meminimus, quæ cùm per varia rerum diſcrimina modo diſiecta modo reſtituta fuerit, in eam tandem excreuit amplitudinem quâ hodie oculis cernitur. De Incrementis jam videamus.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

Incrementa Ecclesiæ, eiusq; præcipui Conditores in medium proferuntur.

ORtum habuit, vt vidimus, hæc Basilica modicum, sed paulatim cepit Incrementa. Natura quippe in ædificijs etiam suas tenet metas. Equidem veteres, vt præclarè obseruauit Tullius, (a) in operum suorum molitione eam seriem ædificando secuti sunt, vt primũ necessitati, mox opportunitati, postremò ornatui ac decoro seruijsse viderentur. Non enim domum habere volũt homines vt sint in tecto & tuto solùm, sed etiam vt voluptas haberi possit. Quamobrem primi Ecclesiarũ fundatores, quibus sub persecutionũ procellis etiam in abditissimis locis tutis esse non licuit, parũ decoro templorum studuerunt, neq; in ijs ædificandis magis voluptatẽ quàm necessitatem sectati sunt, sat opportunitatis aut venustatis nacti videbantur, vbi solummodo securi à persecutore Conuẽtus habere possent, vlteriorẽ ornatũ ac decorẽ posteris relinquentes. Hoc in nascente nostrâ Ecclesiâ obseruamus, cuius primam Originem ex ligno fuisse credimus nostris Maioribus. Ipsum Monumentũ seu memoriã S. Afræ ex ligno confectã fuisse scribit Petrus de natalibus, quod tamẽ alijs (b) non probatur, quia contra morem & consuetudinẽ; Ego verò vt de Monumento taceam, quod lapideũ aut lateritium fuisse facilè concesserim, certè ædiculã à S. Hilariâ & puellis superadditã ex lignis fuisse Ecclesiastica nostra adstipulatur historia. Sed hæc cũ ipsis Martyribus succẽsa breui interijt.

(a) *Orat. pro Pub. Sext.*

(b) *Velser. Commentar. ad pas. 3. Afræ.*

Anno deinde CCCVI Cõstantinus in Britanijs Patri succedens Imperiũ inijt, triennio scilicet post Afram & reliquos Martyres extinctos, sub quo redditâ mox Ecclesiæ Occidẽtali optatissimâ Pace, Ædẽ S. Afræ à Christianis reparatã fuisse non est quod quis ambigat. Ipsũ Cõstantinũ dum Militẽ & arma cõtra Maxentiũ pararet Augustæ noñunquã moratũ esse ex antiquo MS. codice habemus. Deuictis autem Tyrannis Maxentio & Licinio per-

perquam salutares pro Christianorum libertate atque Ecclesiarum commodo emanasse Leges scribit Eusebius (c) de quarum vnâ hæc habet; *Sanctorum Dei Martyrum fortunas qui in fidei confessione supremum vitæ diem egissent, à cognatis possideri præcepit; quod si nullus ipsis superesset sanguinis communione coniunctus vt Ecclesiæ eorum hæreditates adirent.* Hinc plurima Ecclesijs opum accessio. Et quia S. Afra hic loci possessiones habuisse fertur, cui nemo ex sanguine junctis succedere poterat, totâ familiâ Martyrio deletâ, easdem nostræ Ecclesiæ tunc cessisse, lege Imperiali fit argumento est, quod hodie etiam pleræq; domus vicinæ solarij pensione Monasterio sint obnoxiæ.

(c) *De Vitâ Constant. l. 2. c. 2.*

Tenuêre hunc locum deinceps per aliquot secula Episcopi Augustani, fuitq; illis priusquam primaria Vrbis Ecclesia, quam Cathedralem vocant, exurgeret, non tam sedes viuis quam sepulchrum mortuis, imò vtrique bona aliquandiu indiuisa fuisse colligitur ex quibusdam Donationibus eisdem indiuisim factis. Nam Maiorum Pietas ea fuit, vt liberaliter opes suas augendæ huic Ecclesiæ conferrent. Vnde & Canonici instituti, qui ob communem vitam quam prisco more degebant vulgò Regulares dicti, sed quando & à quo id factum, Annales nostri expressè non produnt. Certè S. VVicterpi æuo qui decimus Episcoporum numeratur, ac circa Annum DCLXII. viuere desijt Cœnobiticam hic viguisse, constat ex eo quod tunc temporis *Monasterij* titulum jam habuerit. (e)

(e) *In Vita S. Mag. Abb.*

Igitur Canonici, quos diximus, Regulares, per hæc tempora hunc locum incoluerunt, & vsque ad Annum M. XII. possederunt. Sanctus autem *Vdalricus* ex hac vitâ ad superos translatus (f) cùm in hoc Templo more suorum antecessorum sepulturam sibi legisset, tantis indies magis magisq; cæpit miraculis claresceré, vt Ecclesiæ huic non tantum Lucem ac splendorem nouum, sed etiam, cùm prius à S. *Afrâ* solummodo denominaretur, *Nomen* suum addiderit.

(f) *Anno 973*

Bruno deinde Episcopus Augustanus fauente & adjuuante Rege Fratre *Henrico II.* pulsis hoc loco Canonicis,

cis, Benedictinæ familiæ Professores substituit, eisq; S. *Reginbaldum* Küburgensis etiã stirpis surculum in Abbatem præfecit. Factum hoc Anno M. XII. A quo tempore hæc Ecclesia plurimorum Pontificum, Imperatorum ac Principum beneficio Priuilegijs illustrata, opibus aucta, accedente quoq; Abbatum industriâ insigniter ornata fuit.

Steterat hic locus jam per annos DCC. & quod excurrit, (etsi enim status aliqua mutatio interuenit, Ecclesia tamen & sacra præsertim ibi contenta sarta tecta manserunt) mœnia solummodo ac munitio aduersus hostes deerant: Arbitror ipsam loci sanctimoniam antiquioribus incolis suffecisse ad præsidium: Attamen impiorum prauos conatus nec sanctimoniam semper reprimere, docuit sæpius experientia.

Igitur Adalbero Abbas, (g cuius supra meminimus (g) *Sup. c. 2.* primo rudi opere ac humili muro Templum ac Cœnobium cingere, mox etiam fortiora munimina addere. Sed Augustani publico ciuium bono magis intenti, prolato pomærio, mœnibus spatiosioribus, propugnaculis ac fossis contra hostium minas & impetus tam vrbem quam Cœnobium communiuêre, & totum huius ambitum inclusêre in præsidium scilicet Reip. & ornamentum. Communiuêre, inquam, quantum licuit contra hostem externum, nam interna pericula & quælibet domestica mala quis mortalium penitus excludat? Creuit enim successu temporis opibus, creuit ædificij amplitudine, sic tamen vt etiam rursus interdum decresceret, certè non semper optimi Fati fuit.

Porro prima huius ædis, vt hodie oculis vsurpatur, fundamenta jecit Henricus Fries Abbas XLI. Sed quâ occasione dicetur infra. Hic Anno M. CCCCLXXV. magno ausu & sumptu posteriorem Templi partem, quam Nauim appellant, superiore anno collapsam ita reparare cepit, vt non tam ad necessitatem aut opportunitatem quam perpetuitatem atque etiam ornatum & elegantiam ædificare voluisse videretur. Eduxit ergo illam è fundamentis, sed res maioris erat molis quàm vt viuus eam perficeret.

Succeſſit in locum & laborem huius Ioannes de Giltlingen, ſed & iſte prius vitam quam opus finiuit.

Tertius ſufficitur Conradus Môrlinus, qui Templi Nauim teſtudine concamerauit ac totum hoc opus abſoluit. Anno M.CCCCXCIX. Pôſt anno ſequenti qui ſecularis erat, ad maiora animum applicuit & abolito etiam veteri Choro nouum moliri cœpit ſub feliciſſimo D. Maximiliani I. Imperatoris auſpicio, qui & ipſe primarium lapidem eiuſdem ædificij poſuit Anno MD. Et cum duæ Turres addi deberent, Abbas cum Conuentu vtrique initium fecit ac ſolenni ritu primum lapidem poſuit, primæ quidem XI. Calend. Iunias; alterius verò ipſis Calendis Iunij Anno M D V I. Non ſilenda hîc etiam iſtius ſeculi felicitas, nam plurimi ex auitâ Pietate liberaliter in huius Templi ſtructuram & ſe & ſua impenderunt, & ipſa quæ tunc fuit annonæ laxitas, Operarum mercedem fecit exiguam ac leuem. Talibus ergo initijs ſurrexit etiam iſta quâ hodie fruimur Chori moles, quamuis necdum ex integro; nam breui mutatâ temporum ac rerum facie magnum in hæc pia opera frigus exortum, nec paruo interuallo imperfectum etiam hoc ſtetit.

Orto demùm rurſus poſt longa nubila Phœbo, cum Patres noſtri in Bauariâ exularent, Iacobus Köpplinius inijt Anno M D X L V I I I. Atque is ſequenti ſtatim Anno Caroli V. Auguſti Decreto reſtitutus mox omnia quâ diuina quâ profana in priſtinum ſtatum reducere laborauit. Eccleſiæ perficiendæ adfectum certè habuit, ſed non oſtendit, maioribus Cœnobij vtilitatibus inuigilans. Ad Turrim tamen manus admouit, & abſoluit etiam, vt ſupra meminimus, Anno M. D. X C I V. Cetera quaſi lege reliquit ſucceſſori.

Is eſt atque etiamnum præſidet Ioannes Merckius, qui Anno M D C. Calendis Martij electus Templi exornandi curam inter primas habuit, nulli par-

parcens sumptui, ne Ecclesiæ decori quidquam deesse passus videretur. Chorum superiorem cum vtroque inferiori immenso labore concamerauit; Eorum sanctorum, quorum veneranda ossa in hac Ecclesiâ religiosè asseruantur, statuas singulas singulis ædiculis imposuit, ac duplici ordine per Chorum tam ad venerationem quam venustatem distribuit; Altaria tria magnificentissima ac sumptuosissima è ligno sculpta & plurimo auro fulgentia erexit; pauimentum candido marmore strauit; Cancellis ferreis ingeniosè circumflexis & affabrè elaboratis Chorum clausit; Extra Cancellos Altare, Plebanum vulgò dictum, quod Plebs ibi sacris communicet, Christo Crucifixo sacrum ex ære fusili opere augustissimum posuit; Sacrarium eleganter perpoliuit, vestibus sacris perquam pretiosis, Lipsanothecis argenteis, & aliâ suppellectile Ecclesiasticâ ampliter satis instruxit. Minutiora non recensebo, quæ oculis spectantium facilè sunt obuia; Verum potiora Sacrarij monumenta in hoc opere suo loco inferius tam menti quam oculis dabimus spectanda.

CAPVT QVINTVM.

Dona præcipua & Principes à quibus profecta memorantur.

EA plurima sunt, sed potiora hìc libabimus, quæ Principes dederunt, &

Primus esto *Dagobertus* pijssimus ille Francorum Rex qui cum plurimas alias Ecclesias condidisset, auxisset vel ornasset, hanc etiam nostram fundis quibusdam in Villâ *VVinterhemio* donauit. Nec caruit Pietas suo merito. Equidem DEVS horum notor ac munerator est; Nam cùm è vitâ excessisset Dagobertus, visus est à quodam Ioanne Solitario Viro Sanctissimo per Sanctos, quorum Ecclesias ampliter ditauerat, Dionysium scilicet Mauritium ac Martinum ad cælum leuari. *a*)

(a) *Aimoin. lib. 4. de gest. Franc. c. 34. Spond. Anno 6. 647.*

Aliud deinde ab hoc æuo Donarium huic loco accessit, idq; precibus S. VVictherpi Episcopi. *Pipinus* ille Francorum Rex communiter dictus, Ecclesijs D. Virginis & S. Afræ jus supremum in saltum quendam Prouinciæ Ræticæ ac Diœcesis Augustanæ concessit, publico Instrumento desuper erecto, quod *S. VVictherpus* in Galliam hac de causâ profectus ab ipso *Pipino* Principe alioquin liberalissimo facilè obtinuit. Donatio certa est; De *Rege Pipino* res est ambigua. Neque enim *Pipinus Rex* VVictherpum Episcopum videre potuit, qui multis annis extitit eo posterior. Enimuerò si rationem temporis attendamus *Pipinus* iste Dux Neustriæ primus fuit hoc nomine, qui *Clotario, Dagoberto ac Sigeberto* Regibus maior Domûs ac prudentissimus in consilijs Franciæ Regnum laudabilissimè diu administrauit, & ob præclaras Virtutes etiam Sanctitatis existimationem apud posteros reli-

reliquit. (b) Obijt circa annum DCXLVIII. aut XLIX. (b) *Aimoi. Baron. Spond. Chron. Mag. Belg.*

Ipse etiam *VVitherpus* loci huius possessor, beneficus erga eundem esse voluit. Nam is locum quendam superioris Baioariæ, *Eptaticum* dictum, quem iure proprietatis possederat, ad pios vsus conferre volens, Ecclesiæ S. Mariæ ac Monasterio S. Afræ testamento legauit. c) (c) *Vita S. Magn.*

Transimus ad alia secula, & primùm hîc memorare libet *Adelheidem* illam *Ottonis Magni Imp.* Coniugem religiosissimam. Ea post obitum Mariti (d) aliquandiu superstes multa locis sacris regali munificentiâ contulit beneficia. Inter ea fuit magni pretij Tabula auro gemmisque insignis *D. Vdalrico* dono data, quam postmodum Vdalricus Abbas XXII. qui præfuit circa annum M.CCIII. cum consilio & consensu Conuentus, ne per temporum iniuriam, (sic ætas illa ferebat) omnino perderetur, in publicâ inopiâ diuendidit ac parte vnâ eiusdem Tabulæ prædium in *Gregenhofiâ* coëmit, parte alterâ prædium in *Lomaringâ* ab *Ottone* Comite Palatino Iuniore de *VVittelspach* olim donatum post rursus pro LXX. libris argenti oppigneratum redemit. (d) *Anno 973.*

Clarum etiam & notabile exemplum adfectus sui & cultus erga *S. Vdalricum* reliquit *Henricus II.* Rex Romanorum pòst etiam Augustus, qui, vt nostri produnt Annales, Ecclesiam maximi sumptus ac splendoris eidem Sancto deuouit intra Vrbem Augustanam, eiusq; ædificandæ curam *Brunoni* Fratri suo Episcopo tunc Augustano demandauit. Cumque ædificium ad splendorem quem Religiosissimus Princeps animo conceperat minimè assurrexisset (id S. Mauritio hodie sacrum est) vt primùm ingressus omnia probè perlustrauit in hæc verba prorupisse fertur, *Res suas de cetero sibi ipsi cordi futuras, nec facturum vt ea quæ salutem Animæ concernunt Fratri deinceps committat.* Relictâ igitur hâc Ecclesiâ ad S. Vdalrici ædem conuersus assignatis

quibusdam villis *Rotenbachio*, *Schonbachio*, *utroq; Holembachio*, *Magenbachio* alijsque bonis sat liberaliter eam donauit. Queis addidit *S. Cunegundis* Henrici Coniux & Virgo castissima *Tætenvvisium* Villam cum omni iure annexo, donum certè à tali Augustâ sat augustum. Confirmauit deinde hanc Donationem *Conradus II.* Imper. ad instantiam *Giselæ* Coniugis ac *Henrici* Filij Anno MXXXIII.

(f) *Herm. Cont.* *Eberhardus*, alijs Gebhardus Episcopus qui *Brunonis* successit circa Annum MXXIX. præter alia quæ contulit beneficia, dedit S. Vdalrico de bonis paternis Pontem Lyci cum vectigali ex eo percipiendo.

Conradus quidam Marchio Tusciæ dono dedit prædium cum Molendino in *Buitenhusio* quam donationem *Conradus III.* Romanorum Rex Anno M.CXXXIX. approbauit.

Conradus Episcopus Augustanus Comes de *Lutzelstain* Oblationes sacras quas nonnulli Antecessorum sibi reseruauerant coram *Hadriano Papa IV.* remisit; Decimas insuper ab antiquo possessas confirmauit ac nouas addidit pro remedio Animæ suæ. Factum hoc Anno MCLVI.

Guelpho Marchio Tusciæ Dux Spoleti, Princeps Sardiniæ ac Domus Comitissæ Mathildis, cuius liberalitate plures Ecclesiæ ornatæ & auctæ fuerunt, de prædio suo Möringano duas Villas & Molendinum in Tagebrechtshouiâ dono dedit Anno MCLXXII. Cuius Nepos hic non omittendus.

Fridericus I. Imperator cognomento *Ænobarbus*, qui ob res præclarè gestas ac plurimas de hostibus Victorias cum Magnis Cæsaribus meritò comparandus esset, nisi diuturno & iniquo bello Romanam Ecclesiam infestas gloriæ suę nubem aliquā obduxisset. Redijt tamē in gratiam cum eâdem Ecclesiâ, pro quâ etiā strenuè dimicaturus in Palestinā immensis terrā mariq; itinerum hostium, aliarūq; difficultatū laboribus exantlatis profectus est. Et cū Inferioris Armeniæ partes ingressus ad quod-

dam

dam rapidissimum Flumen peruenisset, ac sumpto prandio, frigidâ se nonnihil recreaturus, aquam intrasset, casu inopinato vorticibus fluminis abreptus heu! & submersus est. (e) Ob casum tam infelicem Orbis Christianus vniuersus ingemuit. Rem gestam Nicetas (f) Choniates Græcus scriptor lugubri stylo recenset, & laudes tanti Principis breui oratione perstringit. Eius Pietas in multis operibus eluxit. Ostendit, habuitque eam eximiè erga *S. Vdalricum*, quæ etiam inferius memorabitur. Is Anno MCLXXXII. in *Fraternitatis* nostræ album conscribi voluit & gratiam beneficio rependit, omnia Bona Monasterij tam acquisita quã acquirenda Imperiali Auctoritate confirmando, addito & concesso in quædam etiam nouo & ampliori iure.

(e) *Anno* 1190.
(f) *Nicet. Annal. lib. 2. in fine.*

Quę autem Principes & Dynastę liberaliter dederũt, Apostolicâ deinde auctoritate cõfirmata fuêre. Et quidẽ *Alexander Papa III.* inter alia sat ampla Priuilegia huic loco concessa supradicta omnia approbauit. Deinde statuit, vt Ordo Monasticus secundum *S. Benedicti* normam perpetuis temporibus hic seruetur. Tum vt petentib⁹, nisi canonicè fuerint impediti, liberè sepultura possit concedi. Demùm vt tempore Interdicti Generalis clausis ianuis, non pulsatis campanis, exclusis interdictis aut excõmunicatis suppressâ voce Diuina liceat officia peragere. Acta sunt hæc Venetijs in Riuo alto, Anno MCLXXVII. Eadem plures alij succedentes Pontifices rata habuerunt.

Anno pòst MCCCCLV. *Innocentius* Papa VIII. Ius *Mitræ* Pontificiæ gestandæ Abbati *S. Vdalrici* in perpetuum concessit, cum potestate consecrandi Calices, Vestes sacras & alia ad Diuinum cultum necessaria, in singulare ornamentum Ecclesiæ.

Alexandrum VI. huic subiungo, qui Ecclesiam hanc, cùm alioqui Parochia esset, & Abbates in eã præter Ius Patronatus nullũ amplius haberent, ita Monasterio vniuit, vt Abbati liberũ esset seculare siue Regulare huic ædi præficere Curionẽ ad nutũ amouibilẽ. Quo beneficio multũ leuauit Fratrũ molestias. Año MCCCCXCV.

Idem

Idem deniq; Pontifex hanc Ecclesiam celebriorem reddere volens concessit vt quicunq; septem eius Altaria ab Abbate designanda deuotè visitassent, omnes Indulgentias consequerentur, quas ij qui septem Vrbis Ecclesias visitant, acquirere solent. Sed hoc Priuilegium quod summopere cultum huius Loci promoueret, per varias Temporum atque ædificij mutationes diu intermissum atque neglectum, hodie non est in vsu. Verum ne amplius iaceret cultus huius Loci Paulus V. P. M. concessâ in die S. Vdalrici & S. Afræ ac primâ qualibet Dominicâ Aduentus Plenariâ peccatorum expiatione, addito etiam priuilegiato altari, eundem magnâ ex parte erexit ac restituit. Anno MDCIX.

Plura sunt tam Principum quam priuatorum Beneficia, sed hæc Templi ornamentum præcipuè concernentia memorasse sat esto.

CAPVT

CAPVT SEXTVM.

Incendia Ruinæ & alia Aduersa recensentur.

AB Incrementis gradum iam promoueo ad ruinas & calamitates. Equidem casura omnia extant, nec quidquam Fortunæ inausum est. Ita præclarè Seneca (a) edisserit *Enumerare omnes Fatorum vias longum est, hoc vnum scio; Omnia mortalium opera mortalitate damnata sunt, inter pertura viuimus.* Sed libeat etiam tali Fortunæ remediũ adhibere à tanto Philosopho præscriptum: *Sæpe*, inquit, *maiori Fortunæ locum fecit iniuria, multa ceciderunt vt altius surgerent & in maius. Timagenes felicitati vrbis inimicus aiebat, Romæ sibi Incendia ob hoc vnum dolori esse, quod sciret meliora resurrectura quam arsissent.* Profectò hoc Fatum Templi nostri sæpe fuit, arsit ad minimùm quinquies, semper ignibus aut ruinis obnoxium. Surrexit tamen iterum; Et ex hoc illud mea felicissima *Phœnix* esto, quæ ex proprio cinere rediuiua semper melior ac pulchrior renata est. Nam ecce primò Annales nostri habent ab *Attilâ* Hunnorum Rege omnium mortalium ferocissimo, qui obuia quæque fulminis instar disiecerit atque protriuerit, *Vrbem Augustanam* fædè vastatam, *Æduculam* quoque *S. Afræ Monumento* additam flammis exustam fuisse. Dissentiunt hîc aliqui immeritò, & volunt Attilam in expeditione Gallicâ non peruenisse Augustam, mouisse quidem ex Pannoniâ, sed per Germaniam Magnam & ad alteram solum Danubij ripam, quæ extra Romanũ limitem tunc erat, iter tenuisse, Noricum & Rætiam nostrã non attigisse; Verùm commentitia hæc esse multis doctè probat & ostendit Velserus: (b) Maneat ergo Fides nostris Annalibus. Mirari hîc licet infelix & hoc & quod sequitur seculum, quorum vtrumq; aut Barbarorũ incursionibus turbatum aut hæresum grassatione turpiter fædatum fuit. Plurimæ tunc Ecclesiarum vastationes, nullæ reparationes, cùm nulli Virtute aut Sanctimoniâ

(a) *Epist. 91.*

(b) *Velser. lib. 8. Rer. Aug.*

insignes viri his locis florerent. *Nam Arianum vene-*
num, ait Vincentius Lirinensis (c) *non tam particulam*
quandam, sed pænè orbem totum contaminauerat, adeò vt pro-
pè cunctis Latini sermonis Episcopis partim vi, partim frau-
de deceptis, caligo quædam mentibus offunderetur, quidnam
potissimùm in tantâ rerum confusione sequendum foret. Et paulo post hæc addit; *Necenim tantùm Affinitates, Cognationes, Amicitiæ, Domus, verum etiam vrbes, Populi, Prouinciæ, Nationes,*
Vniuersum postremò Romanum Imperium funditus concussum & emotum est. Hac labe Rætiam quoque nostram aspersam fuisse & ingemuisse res videtur extra controuersiam. Verùm quod à nonnullis creditum & assertum fuit circa hæc tempora, Vrsum Clericum Theonesti Episcopi à Philippensibus pulsi Discipulũ, Mediolano Magontiacum proficiscentem Augustæ ab Arianis occisum, (d) nominis errore decepti fuêre, qui Augustam Vindelicam pro Prætoriâ Salassorum interpretati sunt. Primam igitur hanc cladem VVicterpus Episcopus refarciuit, qui inter alia Religiosa loca, quæ instituit, etiam S. Afræ Ecclesiam reparauit donisque auxit.

(c) *Opusc. aduers. hæres.*

(d) *Pet. de Natalib. l. 5. c. 133. & l. 10. c. 97.*

Iterum deinde arsisse legitur sub Principatu Caroli M. Francorum Regis, occasione bellicorum tumultuum, quos Tassilo Boiorum Dux excitârat. Is enim Pipino & Carolo Regibus non semel rebellis, sæpius etiam bello victus, pace compositâ pactis non stetit, Hunnos Boicæ Genti infensissimos in auxilium contra Francos acciuit. Hinc cædes, rapinæ, incendia, & quidquid malorum bella ferunt, à quibus neque Ædes S. Afræ immunis. Thassilone demùm in ordinem redacto (in Monachum attonsus cum Filio Theodone priuatam iussus est agere vitam) & pace stabilitâ, per Simpertum quem Carolus Augustanis Episcopum Leonis III. P. M. auctoritate tunc dedit, D. Afræ Basilica rursus instaurata fuit.

Quies deinde fuit aliquãdiu, sed semper incerta, nec sine minis hostiũ. Ii fuerunt Hungari, qui circa Annum DCCCLXXIX è Scythię finibus egressi siue pulsi Pannoniã inhabitare cæperunt, ac Romano Imperio primũ inno-

innotuêre (e) Incredibile dictu quot castra diuerint, quot Ecclesias combusserint, quot populos iugulauerint, quot repetitis velut ictibus Germaniã Italiamq; afflixerint. immanes belluas dixisses nõ homines nisi à facie, attentis eorum moribus. Crudis carnibus vescebantur, interfectorũ sanguine sese potabant. *Et vt ad cædes*, Luitprandum recito, *& crudelitatem nati viderentur, Matres mox editis pueris ferro acutißimo facies secabant, scilicet vt antequam lactis nutrimenta perciperent, vulnerum tolerantiam subire cogerentur.* Itaque clades multas dederunt atque etiam acceperunt. Nam cùm Anno CMXIII sub Conradi Primi Imperio Baioariæ limitem inuasissent, obuijs Baioariorũ ac Sueuorum copijs circa Oenum fluuium repulsi sunt. Pôst Henrico Primo imperante Saxoniam infestare ausi, ab eodem Henrico incredibili cæde prostrati fuêre. Sed necdum fracti. Repetunt Germaniam Anno CMLV. auctis adeo viribus, vt nisi vel terra eos dehiscens absorberet, aut cælum cadens obrueret, à nemine se vinci posse dicerent. Peruagãtur rursus Baioariam ac Sueuiam, omnem terram à Danubio vsq; ad Hilaram Amnem atq; Syluam Hercyniam rapinâ, cæde, flammâ depopulantur, Augustam Vrbem obsidione cingunt, Monasterium S. Afræ incendunt ac penitus comburunt. Verùm Otto Magnus ille Imperator hortatu S. Vdalrici, qui tunc Augustanæ præerat Ecclesiæ, excitus approperat, suo ductu rem gesturus. Conseruntur cum hoste manus, vtrinq; caditur; tandem DEO opem ferente Barbari in fugã acti partim Lyco flumine mergũtur, partim ferro cęduntur vsq; ad internecionẽ, vt deinceps Imperiũ non solũ inuadere non auderent, sed & suũ Regnũ contra nostros quibus poterant modis munire cogerentur. Victoriâ tam nobili diuinitus partâ ac Rege in Saxoniã reuerso, S. Vdalricus Episcopus collapsa ac diruta quæq; restaurare volens, de corpore S. Afræ inter ruinas sepulto potissimũ sollicitus, tacitis precibus cælestе Numen inuocat, & quid sibi facto opus edoceri postulat. Quadam nocte soluitur in somnum & viso monetur quantocyus Templũ S. Afræ reædificare,

(e) *Regin. li. 2. c. 77. Otto Frising. l. 6. c. 10.*

(f) *Luitpr. l. 2. c. 1.*

& locum eius sepulturæ quærere certò inueniendum. Obtemperat & mox manus admouet, succeduntq; omnia ex animi sententiâ. Namq; abolitis veteribus nouos erigit muros vno cubito altiores prioribus. Templū interius laqueario perficit, ac picturis auget; reliqua demū huius Ecclesiæ ornamenta, quæ ne Barbaris prēda fierēt, in Ciuitatem fuerant translata, per Sanctum Episcopum restituuntur. Ita demùm securitas obtenta ab hoste, sed non etiam à Flammâ.

Nam præter incendia iam enarrata aliud rursus ortum fuit Anno MCLXXXIII. sub Abbate Manegoldo XIX. Res sic se habuit. Die festo S. Alexij cùm Solis æstus esset maximus, vicina quædam Monasterio fabrilis officina inopinato igne corripitur, ac breui ita inflammatur, vt non vicinas solummodo domos, sed & Monasterium, atq; ipsam S. Vdalrici Ecclesiam inuaderet; vnde veluti maturam segetem flamma populari solet, ita quidquid hîc erat ædificij totum edax ignis depastus est. Res fuit digna miseratione & stupore. Neq; enim tugurioli pars superfuit quæ Fratribus hospitij loco seruire posset. Sed pulchriorem ex incendij deformitate faciem mox accepit locus iste per industriam Abbatis Henrici successoris prædicti Manegoldi.

Conflagrauit etiam totum Monasterium, vt nostri ferunt Annales sub Abbate Marquardo circa Annum MCCCXXXIII. quamuis non legatur expressè quid damni Templū eo tempore perpessū fuerit. Monasterium Marquard⁹ Abbas reficere cepit, successores perfecerūt.

Breui pôst interuallo subitanea, eaq; vltima flamma Monasterij ædes inuasit, & iā iam in Templum sæuire cæpit. At Religiosus Abbas (is tum erat Conradus VVinclerus XXXII.) desperatis, imò spretis iā humanis remedijs, animū, spem & preces ad DEVM & Sāctos Tutelares vertit; Nec falsus suâ in DEVM fiduciâ. Nam ipso quasi momento ignis sopitus cælesti ope quieuit. DEO igitur & Diuis Patronis gratus, supplicationē annuā Dominicâ die ante festū Ascēsionis instituit, quâ septa Monasterij cum Reliquijs sanctorum quotannis ambirā: Non-
lustrari in rei memoriam voluit.

Nondum finis malorum; Incendia excipiunt ruinæ. Anno MCCCCLXVI. Melchior de Stamhaim Abbas XL. cum Templum ruinam minaretur, statuit illud quod extra Odeum est destruere, & nouum prorsus ampliusq; condere. Erigitur ingens fabrica superemineus cunctis Vrbis ædificijs; Magno certè ausu, sed non felici. Artifices quippe quorum fidei bonus Abbas totam structuræ molitionem commiserat, nescio quo errore decepti fundamento non satis firmo, nec solido tectum nimis altum incautè imposuerunt; vnde ruina & læsio non leuis secuta. Nam Anno MCCCCLXXIV. Melchiore Abbate jam defuncto & Henrico Friesio præsidente, cum *Fridericus* III. Romanorum Imp. conuocatis Imperij Principibus & cunctis Ordinibus Comitia Augustæ haberet, III. Calend. Iulij, ipso scilicet die quī Diuis Apostolis Petro & Paulo sacratus est, horâ tertiâ pomeridianâ repentina & insolita Tempestas oborta, vrbem hanc grauiter concussit, & animos hominum quotquot vel intra vel extra muros erant mirum in modum terruit. Calamitatem Annales explicare satis nequeunt. Vidisses vno quasi momento condensari nubes, nigrescere cælum, solis adspectum adimi, inhorrere omnia,

Undiq; omnes venti erumpunt, sæui existunt turbines

Tectum Templi S. Crucis deiectum vicinas domos non paucas oppressit; Mænia Vrbis multis locis læsa, fenestræ vitreæ innumeræ fractæ, cænacula in hortis labefactata, Arbores quam plurimæ Vrbi vicinæ, imò Syluæ integrę ventorum vi radicitus vulsæ, ac solo prostratæ fuerunt. Triste certè spectaculum; sed tristissimum omnium quod iā narrabo. Stabat Templū S. Vdalrici penitus nouum, octo continuis annis ex fundamentis extructum, superiori primùm anno perfectum & absolutum. Aderat circa eandē horā Parochus cum Coadiutore, ac de ciuibus non pauci funebria justa pro mortuis annuo more peragentes. Sed heu omnes ventos in hanc fabricam coniurasse dixisses; Nam ij vno velut agmine emissi, ita toti incubuēre Templo, vt tectum primò totum

à parietibus auulsum & in aëra sublatum luctantes inter se venti rursus præcipitarent, lateraq. murorum ita ferirent, vt machina tot annis maximo sumptu & labore erecta vno velut ictu concideret, nec aliud quam ingentem lapidum aceruum præse ferret.

Succubuit Parochus & Coadiutor cum triginta tribus de plebe; Alij quinquaginta qui ad Sacellum S. Bartholomęi, quod in siniſtrâ Templi alâ situm est, confugerant, hoc malum exiuerunt. Heu Cladem? Quis damna metiatur? Certè Rempublicam XII M. Philippeorum sua æstimâsse testantur Annales, nostra non metior. Senserunt ea succedentes huius Monasterij Antistites, qui præterito periculo cautiores noua & firmiora huic Templo deinde posuêre fundamenta, quos tertio capite supra jam memorauimus.

Vltimam nunc addo cladem, nec minimam, qui considerat, nam ea non parùm hanc deformauit Ecclesiam. Non longè ab initio superioris seculi nota illa discessio ab Ecclesiâ Romanâ per aliquot Principes Germaniæ facta est; His plurimæ Ciuitates Imperij liberæ se adjunxerunt ictoque fœdere *Smalchaldiæ Anno* 1530. strictissimo, ob sui frequentiam intrepidæ, multa apertè contra Remp. Catholicam molitæ & ausæ sunt. Bellum hîc non in homines tantùm, sed in Deum ac Diuos, quamuis sub Pietatis schemate gestum, non vrbes sed Templa expugnata & vastata, sacra liberè profanata. Ita certè assolet, cum Vrbes pestiferâ hæresum contagione inficiuntur, Diuorum cultus intercidit, religionum sanctitates abolentur. Aberat tunc forte Carolus Imperator Hispanicis, Italicis atque Africanis negotijs occupatus, qui satis pacatum in causâ Religionis Imperium reliquisse videbatur. Eam occasionem plebeij arripiunt (equidem Scabini tunc temporis Augustæ dominabantur, Resq; pub. Democratiæ formam præseferebat, quam Carolus V. Imp. postmodum prudenter in Aristocratiam conuertit) in res nouas pro-

ni se-

ni feruntur, Catholicos, Clericos præsertim cachinnis & exprobrationibus lacessunt, Templa inuolant (*nostra Ecclesia hæc perpessa est*) Sanctuariũ augustissimo Sacramento asseruando lapidibus petunt, Altaria sordibus, quas Carta formidat, commaculant, stupra in sacratis locis exercẽt. Patres talia nescire non poterant, compescebant ac lege cauebant; sed remissè, fatali scilicet ignauiâ. Nam paulò pòst ex Patricijs etiam non pauci degenerare, noua consilia inire quo pacto Missæ Sacrificium aliaſq; Christianas auitas Cærimonias penitus exterminare possent. Itaq; mittũtur à Magistratu selecti aliquot Viri ad summæedis Canonicos in Capitulo congregatos, qui nuntiarent *Rempublicam tantarum inter Prædicatores discordiarum jam pertæsam, concordiam in Religione omnes amare & petere, eam sperari non posse nisi habitâ inter vtramq; partem per doctos Viros disputatione, varios esse Articulos in controuersiâ, deque ijs quid sentiendum ex verbo Dei omnino decernendum, cupere igitur ex vtrâq; parte Viros pari numero eligi & in certamen produci.* Ad hæc Episcopus Augustanus (is tunc erat D. Christophorus à Stadion Princeps laudatissimus ac prudentissimus) ex Consilio DD. Canonicorum respondit; *Inprimis ex tali Colloquio seu Disputatione nullam concordiam, sperari posse, memorarentur aliorum Colloquiorum Marpurgensis, Lipsiensis, Badensis atque etiam Augustensis in Comitijs, vbi Prædicantes ipsi discordes inter se conciliari minimè potuerint, cogitandum igitur quid inter diuersarum sententiarum sectatores futurum sit, disputationem eiusmodi maioribus discordijs faces subdere: Tum inter quoslibet litigantes, si ad concordiam redigendi sint, Judicem necessariò requiri, nisi magis exulcerari velint; Neque hîc jure opponi posse verbum Dei esse Iudicem cui contradicere nefas sit, Non verbo Dei sed Interpreti Iudice opus esse, eamque ob causam Aduersarios ipsos vniuersale aut Prouinciale Concilium postulare. Præterea quæ hîc disputanda forent, in præteritis Concilijs jam disputata ac definita fuisse, quibus procul dubio maior fides habenda sit, quam paucis istis viris, quamuis doctissimis, qui disputaturi essent. Demùm etsi pax inter vtramq; partem conciliaretur, an ea stabilis futura sit, incertum fore. Itaque pro tempore* Anno 1533.

con-

consultißimum esse Concionatores vtriusque partis sedulò moneri sui officij vt ad Concilium vsque proximè futurum modestiam in dicendo seruent, à conuitijs, exprobrationibus ac minis abstineant, idq; ex parte nostrâ hactenus cautè obseruatum fuisse. Verùm ne existimarent Colloquium hoc cum frigore improbari ac meticulosè dissuaderi, integrum esse DD. Canonicis suos Prædicatores dare, cum aduersæ partis Ministris coram Illustrißimo Episcopo Augustano tanquam Ordinario, vel si Ordinariam Episcopi Augustani Auctoritatem suspectam haberent, coram vicino quodam siue Eichstadiensi siue Frisingensi Episcopo aut aliquâ ex vicinis Vniuersitatibus Ingolstadiensi, Tubingensi seu Friburgensi, aut certè Sacrâ Cæsareâ siue Regiâ Maiestate vel Ducibus Bauariæ congressuros, quolibet istorum locorum rem non ex compacto gerendam, sed ex Dei verbo diudicandam. Re ita ad Senatum perlatâ paucorumq; die-

Anno 1534. 24. Martii.

rum habitâ deliberatione mox ingeminare illi & vrgere *in re tam dubiâ statuendum esse semel quid credendum sit, idq; in Disputatione definiendum, paratos esse suos Ministros verbo Dei nixos omnem suam Doctrinam probare ac defendere, idq; coram Episcopo Augustano Dilingæ residente quamuis non tanquam Ordinario, sed assessore ac Parte, non enim ferendum esse Iudicem illum qui Romanæ Sedi & alteri disputantium Parti multis titulis esset deuinctus.* At verò DD. Canonicis aliud suspectantibus ex maturo Consilio nec imprudente placuit respondere; *Turpe esse ac rem mali exempli præterq; morem omnium gentium, quæ ab Antiquis semper fuissent credita & in prioribus Conciliis probata ac definita, de nouo in dubium vocare & mutilibus quæstionibus obscurare: consultum igitur videri ne offendantur fideles, indocti præsertim, tale Colloquio penitus supersedere, totamq; causam ad vniuersale Concilium vsque differre; Aut si illud omnino malint institui non alibi quam coram Episcopo Augustano, tanquam Ordinario de cuius Prudentia, Fide ac Doctrinâ nullum possit esse dubium, comparituros.* Ita quidem res transacta fuit, sed nulla pax obtenta. Nam eodem anno ad diem XXVII. Iulij conuocatâ vniuersâ Senatorum Concione longâ præter morem habetur deliberatio, donec id, in quod diu ferebantur animi, erumperet. Et ecce altero die qui Sancto *Apollinari* sacer est, mittuntur ex optimatibus sex ad omnia Capitula & Monasteria, qui Senatus pridie habiti decretum nuntia-

rent.

rent. Inter cetera veniunt ad D. Vdalrici Cænobium, cauent & cum Imperio vetant *ne quisquam deinceps nostrûm Suggestum ascendat de Rebus Diuinis ad populum dicturus, suos Ministros posthac solos puri puti Euangelij Præcones futuros, vtq; tam Religiosæ quam seculari Familiæ liberum sit huiusmodi Euangelij explicationem accedere*; Et cum dicto statim nouus cum nouâ doctrinâ Ecclesiâstes designatur. Abbas & Fratres hoc nuntio trepidi, & ad resistendum impares frustra quædam opponunt; cedunt tamen huic Tempestati, arbitrantes se nil mali vltra passuros. Verùm triennio propemodum exacto, aduersarij rursus fremere, nostris tanquam victis insultare, falsò exspectari Concilium, melius ac tutius esse vnam in Vrbe coli Religionem. Tandem diu deliberato vniuersis Canonicorum ac Regularium Capitulis in Vrbe ex senatus consulto præscribitur, *vt nemo deinceps rem diuinam faciat, Imagines & Altaria è Templis auferant, Cærimonias ac ritus Ecclesiasticos tanquam DEO ingratos omittant, insuper ipsi Nomina sua Ciuitati, saluis nihilominus alijs eorum immunitatibus, adscribi patiantur, ni velint, intra octiduum Vrbe cedant.* Dura certè illa & iniqua conditio visa, ideo hanc vltimam sponte arripiunt.

Cedunt omnes & quo quilibet possunt emigrant. Abbas S. Vdalrici, is erat *Ioannes Kônlin* XLV. cũ toto Conuẽtu, vno dempto infelice qui remansit, V Vittelspachiũ ad Arcem suã in Baioariâ sitã se confert, ibiq; sedẽ locat. Hæc facta XV. Calend. Februarias Añó M. D. XXXVII. Mox eodem die aduersarij Templa inuadunt, Altaria spoliant, & dilacerant, Imagines confringunt, & quidquid possunt auferunt. Nonnulli etiam ex optimatibus, quorum melior sententia menti, tædio turbarum Patriam mutârunt, & in prædia sua, aut alias Ciuitates abiuerunt. Interea *Carolus* Imperator ex Hispanijs redux arma parat vltioni quorundam rebellium intentus. Itaq; conductis in vnum copijs, Ratisbonam, inde Ingolstadium mouet, vbi etiam Schmalchaldici confœderati cum suo exercitu sat valido confederant. Enimuerò cũ

res successum, quem illi sperabant, non haberet, Principes confusi ad suas Prouincias dilapsi sunt. Queis deinde victis & captis, quibusdam alijs in ordinem redactis, Imperij quoque Ciuitates rebus desperatis ad preces versæ supplices Legatos ad Imperatorem misere. Inter eas Augusta certis legibus, recepto in Vrbem Clero & in pristinum statum restituto, factâque cum certâ pecuniæ summâ expiatione veniam impetrauit. Anno MDXLVII. Dum hæc Augustæ geruntur, moritur Abbas S. Vdalrici *Simon Gollius* XLVI. VVittelpachij in Baioariâ. Sed vt finiam, nostræ quoque Cladi dedit DEVS finem; Nam Anno MDXLVIII. *Iacobus Köp-linus* XVI. Maij in Abbatem electus est. Is de restitutione sui Monasterij apprimè sollicitus, sub auspicijs D. Caroli Imperatoris eandem impetrauit, redijtque Augustam cum Conuentu Anno MDXLIX. vbi pleraq; inueniens lacerâ & fædâ facie, multa per suam industriam, (erat enim Oeconomiæ laude celebris) in amplificationem huius loci fecit, & noui velut Conditoris nomen apud plurimos habere meruit.

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.

Celebritas Loci & facta circa eum memorabilia.

ADalia Templi noſtri Decora nunc tranſire conuenit, & præcant ea quæ à Sacris Diuorum Pignoribus illi accedunt. Ammonium Virum Sanctiſſimũ libet imitari, qui vt cum Athanaſio Magno Romam venit, *Ex præclaris*, Nicephori (a) verba ſunt, *præcipuis q; eius Vrbis rebus non aliud ſpectandum ſibi cenſuit, quàm Petri & Pauli Martyriũ & adẽ eam in quâ illorũ Corpora veluti Thesaurus ſunt condita.* Ioannem quoq; Chryſoſtomũ, (b) qui magno videndæ Vrbis deſiderio accenſus de Corporibus Sanctorũ Petri & Pauli ita loquitur, *Ego autem & propter hoc Romã diligo. Inſuper adhuc & aliunde eam habeo laudare & pro magnitudine & pro antiquitate & pro ſpecie & pro multitudine & potentiâ & de directionibus in prælijs. Omnia autẽ talia derelinquens pro hoc eam beatifico, quia & viuens (Paulus) eis ſcribebat & ſic eos diligebat & præſentialiter eis locutus eſt & vitã ibi temporalem finiuit, & ſanctum corpus eius ibi habent: pro quo & honorabilior Ciuitas magis quam pro alijs.* Hæc viri Sancti de vrbe Orbis Dominâ; Quidni de eius Coloniâ ego idem ſentiam? Certè ſiquid magni in artificio, in materiâ, in elegantiâ de hac vrbe ac templo dictum eſt aut dici poteſt, id totum relinquo & hanc Eccleſiam tot Martyrum ſanguine fundatam & conſecratam, tot Sanctiſſimorum Antiſtitum oſſibus cohoneſtatam eſſe, hoc verò vnum amo, hoc æſtimo, hoc laudo. Cæmiterium Martyrũ iam olim hîc fuiſſe, quorũ ſtudio & amore Sancti quoq; Præſules Auguſtani in eorundem monumenta inferri voluerint ſupra vidimus; iucundiſſimum profectò exiſtimabant poſt obitum cum ijs cubare quos in vitâ plurimùm dilexiſſent & coluiſſent. Eorũ ſimulacra ex argillâ plaſtico opere duplici nec inuenuſto ordine vno ſupra aliũ in pariete ſingulis ædiculis illocata totum in Orbẽ coronant & ornant Odeum. Vtrumque Ordinẽ Iconiſmus hîc appoſitus magis quam penna potuit

(a) *Nic. l. 11. Eccl. Hiſt. c. 37.*

(b) *Chryſ. Hom. 32. in Epiſt. ad Rom.*

tuit exprimere, vt ijs conſpectis etiam ſimplicibus in mentem veniat de imitatione eorum qui partim ſupplicijs duriſſimis partim laboribus immenſis ſublime illud & aureum cæli Templum petiuerunt.

Hic inſerendus Iconiſmus Eccleſiæ interioris.

Superiorem Ordinem hi tenent; *Ianuarius, Felix, Nimia, Petrus, Dromeda, Quiriacus, Leonida, Largio, Iuliana, Creſcentianus, Agape, Eutychianus, Fauſta, Philadelphus, Charito, Emblaſius.* Inferiorem iſti: *Narciſſus, Dionyſius, Afer, Hilaria, Afra, Digna, Eunomia, Eutropia, Eyria, Adauctus, VVilterpus, Toſſo, Nidgarius, Adalbero, Simpertus, Vdalricus.*

Narciſſus quamuis hîc nec obierit nec ſepulcus ſit, ponitur tamen vt Apoſtolus, Auctor & Doctor huius Eccleſiæ. Numerus Martyrum incertus eſt, & Nomina etiam nonnullorum vt pleraq; alia in rebus Eccleſiaſticis ignorãtur; Martyrologia in vtroq; variãt. Nos exanti quis tabulis (c) erutos octodecim expreſſimus, omnes ſcilicet in ſuperiori Ordine cum duobus ex inferioti, Adaucto & Eyriâ, ignoratis nihilominus alijs tredecim qui omnes eodem cum Hilariâ die Pridie Idus Auguſti Martyrio affecti fuêre, quamuis diuerſo ſupplicij genere.

(c) *Sigiſ. Maiſt. Chron.*

Nam Hilariâ cum ſocijs igni addicta, hi remiſſius habiti capite cæſi ſunt. Ex qua Pœnarum diuerſitate non improbabiliter colligit Velſerus iſtos Martyres non ex cognatione aut famulitio Hilariæ, vt vulgò creditur nõ enim Leges tunc admiſiſſent in eodẽ crimine Heras igni tradi, ſeruos capite plecti) ſed potius honeſtæ familiæ, & fortè ex Decurionum Ordine aut Decurionum filijs fuiſſe ſuſpicatur. Cum autem nil definire audeat, neq; ego definiam. Plures tamen his iam recenſitis ob Chriſtianam Fidem neci tunc datos, quorum memoria intercideriit, veteri famæ non penitus abroganda eſt Fides.

(d) *Comment. in Paſſ. S. Afr. & ſocior.*

De Afro Patruo Afræ hoc habetur ſingulare, ipſum Nonis Auguſti, quo die eius memoria colitur, martyrio affectũ, ad frangendam nimirũ Afræ iam captiuę conſtãtiã, ſed quo ſupplicij genere incertũ. Addũtur & ipſi Martyres ſocij in Tabulis Eccleſiaſticis, quos, q cũq; ij fuerint, nã Nomina interierũt, ante Afrã extinctã Diocletiani ſæuitiã iam expertos fuiſſe credendũ eſt. Hæc

[illegible] Turris Sanctæ Afræ.
[illegible]t K. Aditus ad Sacristiam.
[illegible]. Sacellum B.V. Mariæ.
M. Kager delineauit. Epitaphium Rd.mi D.ni Joannis Abb: Wolf. Kilian. scalpsit.



CHORVS SEV FACIES ANTERIOR BASILICÆ SS: VDALRICI ET AFRÆ.

A. Pauimentum plurima SS. Martyrum corpora tegens.
B. Altare supremum Bino Narcisso Sacrum.
C. Tumba S. Vdalrici Epi Augustani.
D. Criptia in quâ olim S. Vdalricus erat conditus.
E. Sarcophagus cum corpore S. Afræ M.
F. Primus ordo SS. quorum corpora hic requiescut
G. Secundus ordo Sanctorum hic quiescentium.
H. Turris S. Vdalrici.
I. Turris Sanctæ Afræ.
K. Aditus ad Sacristiam.
L. Sacellum B. V. Mariæ.
M. Epitaphium Rdi. D. Ioannis Abb:

M. Roger delineauit.

Wolf. Kilian sculpsit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hæc ſunt ergo decora & hæc ornamenta huius Templi & Vrbis, quorum Fama tamen vno loco contineri non potuit, quin & exteros ſanctitate huius loci permotos pio adfectu ſacras Reliquias adoratum aduenisſe legimus. Certè Fortunatum Pictauienſem Epiſcopum circa Annum D L X V. Rauennâ ad S. Martini ſepulchrum in Gallias profecturum Auguſtam attigiſſe, ibiq; S. Afræ oſſa pro ſingulari pietatis ſtudio veneratum eſſe, & ratio itineris ipſa perſuadet, & verſus quos ipſe ſub finem libri vitæ S. Martini ſcripſit de diuerſis regionibus, in quibus ſanctorum Reliquiæ adſeruantur, diſertè id produnt; Librum enim ſic alloquitur

Pergis ad Auguſtam quam Vindo Lycuſq; fluentat,
Illic oſſa Sacræ venerabere virginis Afræ.

Virginem hîc intellige non integritate ſed ætate.

Sanctus etiam Vdalricus præcipuum huius Eccleſiæ ſidus dum viueret magno ſtudio coluit hunc locũ, quẽ certis argumẽtis noſſet Deo Diuiſq; eſſe perquã acceptũ. Nam poſt illam Vngarorum ſtragem, cuius ſupra meminimus, cùm Ædem S. Afræ flammis abſumptã reparare cogitaret, ſomnio vidit D. Afram hortantem & impellentẽ ad id opus, ſed prohibentẽ ne Cryptam prope ſuum ſepulchrum fodi juberet propter plurima quę illic eſſent ſepulta Sanctorum corpora. Et verè Diuis hunc locum curæ eſſe iſtud factum demonſtrat. (e) Olitor quidam aliquãdo hîc obambulans fortè in ſpecum ſubterraneam lateritio opere fornicatam ſacelli inſtar incidit. Intrat, oculis perluſtrat & cogitat rem vſui ſuo aptam fore, ad olera & alia vtenſilia ibi ſeruanda. Adit ergo Epiſcopum Vdalricum, rem narrat & conſilium vel potius conſenſum rogat. Ille hominem objurgare, & à propoſito abſterrere, ni deſiſteret in pœnam ſenſu omni ac viribus certò priuandum. Audit infelix nec paret & nihilominus clam viro ſancto quidquid libet ibi recõdit. Sed non impunè. Nam ſtatim ſine aliâ causâ ſenſus illi imminuũtur, vires debilitantur & ad quaslibet functiones redditur inutilis. Quo nunc miſer? Res ad Epiſcopum defertur, & vnà ſacrilegus ille corã eo ſiſtitur. Qui

(e) *Vit. S. Vdalr. c. 14.*

rursus seuerè objurgatus facti pœnitens pacē veniāq; precatur, & mox per Sanctū Virū sensui ac valetudini veteri restituitur. Eandē specum dictus Olitor deinde quæsiuit, sed reperire neutiquā potuit. Sāctus igitur Vdalricus huic loco magis magisq; deuotus, singulis diebus Veneris Mysticū ibi sacrū offerre cōsueuit, in quo etiā mortuus jacere volēs viuus sibi Tumulū juxta S. Afræ sepulchrū fieri curauit. O chara Pignora! Qualia sibi à Deo data meritò exsultat hęc Ciuitas, & reliqua suspicit Germania.

Subjungo *Leonem* IX. Pont. Max. Virum omni virtutū genere ac miraculorū gloriâ illustrem, sed præter inuidiam eorum qui fortè dissentire vellent. Hunc Anno MXLIX. ab Henrico III. Imp. à quo Romani mortuo Damasō missis Legatis Pontificē sibi dari petierāt, ex Episcopo Tullēsi Papam designatū ac Romā ire jussum, fama est Augustam venisse ibiq; dum fortè ex tanti oneris cōsideratione formidās Deum suppliciter precibus cōsuleret, cęlesti Musicâ ab Angelis exceptū, supra sanctorū sepulchra talia verba audiuisse; *Dicit Dominus, Ego cogito cogitationes pacis & non afflictionis*: Vnde ille fidentior peregrini habitu Romā ierit, illic Pontifex creatus ac Leo Nomus appellatus fuerit. Hæc ita cōtigisse scripti Annales nostri tam Latino quā vernaculo sermone diserte affirmāt: Estq; quod gratulemur nobis, si viro tā diuino diuini fauores apud nostros Diuos cōtigerūt. Sed seio alios hoc non probandū, ratione itineris, quod per Gallias illum cepisse communiter scribūt, (f) nobis obstante Atqui si illum ante suum in vrbē ingressum Augustæ etiam fuisse credamus, quod nemo hactenus apertè negauit, maximè *Henrico* Imperatore, à quo Romā missus fuerat in Baioaria tunc existente, nemini faciemus injuriam. Quod siadfirmare non licet, saltem monere decuit. Certè post susceptum Pontificatum *Leo* Augustæ fuit ibique præclara sui monumenta reliquit.

(f) *Otto Frising. l. 6. c. 33. Baron. & alii.*

Aliud ornamentum huic Templo nostro debetur potius quam reuera accedit, idq; ab *Egisone* quondā Abbate nostro viro prudētiā, vitæq; sanctimoniā integerrimo, quē nobis & Fortuna & illius seculi malitia inuidit

ne in suo Domicilio ac sede sepeliretur. Is à pueritiâ in hoc Cœnobio educatus, Augustæ enim natum ferunt, inter Religiosæ ac honestioris vitæ disciplinas laudabiliter adoleuit. Incidit autem Iuuenilis eius ætas fortè in Principatum Henrici IV. Imp. Idq; eo Tempore quo graue illud ac diuturnum schisma, (cuius Guibertus Archiepiscopus Rauennas auctor præcipuus, & Henricus propugnator acerrimus extitêre,) in Ecclesiâ sic inualuit, vt Imperio toto rapinâ, igni, ferroq; miserè deuastato, pauci etiam Catholici Episcopi ex parte Romani Pontificis permanserint. Quapropter, vt ex Bertoldo Constantiensi manifestum est, *omnes pænè Religiosi siue Clerici, siue Laici in aliquâ Monasteriorum latibula huiusmodi mala declinauerunt, ne videlicet deuastationem Sanctæ Ecclesiæ cernerent, cui in nullo adminiculari possent. Satius enim illis videbatur vt saltem seipsos deluteſcendo saluarent, quam pro aliis incassum laborando cum eisdem perirent.* Tria tunc Monasteria ceteris excellebant, *S. Blasij in Nigrâ Sylua, S. Aurelij quod Hirsaugia, & S. Saluatoris quod Schafhusia, id est, Nauium Domus dicitur, ad quæ mirabilis multitudo Nobilium & Prudentium virorum hac tempestate in breui confugit.* Ergo & noster *Egino* tali impetu actus ad D. Blasij Cœnobium migrauit, ibiq; tam diu in gratiâ omnium vixit, donec famâ eius longiùs sparsâ in Ministerium Gebhardi Constantiensis Episcopi tunc exulis assumeretur. Quo cum domi foriscq; semper versatus tam prudenter rem egit, vt etiam non semel ad Sedem Apostolicam Legatus mitteretur. Anno deinde MCIX. *Henrico* IV. Imp. jam defuncto, cùm Ecclesia ab intestinis malis nonnihil respirasset, Egino requiritur, Abbas S. Vdalrici dicitur, & auspicia noui regiminis, quo eum vota omnium vocabant in hoc loco suscipit. Vidisses mox aliam hîc rerum faciem, nouâ luce omnia illustrari, vitia eliminari, Virtutes in pretio haberi, Numen ipsum magis propitium multa per sanctos loci huius Patronos atque ipsum etiam Abbatem verè sanctum miranda patrare, quorum nonnulla Vdalscalcus (postmodum Abbas) præsens vidit, notauit & scriptis posteritati commendauit.

Bert. Append. ad Herman. Anno 1083.

Egino

Egino multa à Schismaticis aduersa perpessus demùm extorris actus, meliori habito consilio ad *Calixtum II. Pont. Max.* profectus rem omnem ex animi sententiâ pro bono Ecclesiæ Augustanæ statu gessit, sed rediturus, ô mira DEI iudicia ! cum apud Ostia Tyberina soluisset in Tusciam nauigaturus, maris tempestate iactatus in morbum incidit, ac Pisas vix ægre delatus ibi diem clausit extremum Idibus Iulij, vbi in Cænobio S. Michaëlis Camaldulensium iuxta eiusdem Ciuitatis Archiepiscopos (talem Virtus merebatur honorem,) terræ mandatus fuit, publico certè Augustano-rum luctu. Anno

MCXX.

CAPVT

CAPVT OCTAVVM.

Dedicationes aliquot Solennes, aliiq; actus hic exhibiti.

POst iteratas sæpe huius ædis reparationes, Consecrationes etiam sæpius repetitas fuisse censendum est. Primã non lego. Certè sanctos *VVicterpum*, *Simpertum* & *Vdalricum* qui alias alibi Ecclesias dedicauerint, cùm hanc à Barbaris ter exustam restaurârunt, recepto ab antiquis more etiam dedicasse non est locus ambigendi. Dedicationes autem memoratu digniores hæ fuerunt.

Embrico Episcopus Augustanus, qui inijt Anno MLXIV. Ecclesiam SS. Vdalrici & Afræ, cùm angusta esset, à fundamentis destruxit, & ampliorem, acceptis ab Antecessore suo Hẽrico quinquaginta talentis, restituit reseruatis tamẽ sibi oblationibus & donarijs huic loco factis in recompẽsationẽ sumptuũ. Pôst circa annũ MLXXI. præsentibus & adiuuantib⁹ Gunzone Aichstadiensi & Euerhardo Frisingensi Episcopis in peruigilio Natalis Diuæ Virginis sollemni ritu eam dicauit.

Iterum deinde cùm Cænobium vnà cũ templo Anno MCLXXXIII. ex incendio collapsũ & per Henricum III. Abbatẽ reparatũ fuisset, facta est noua eiusdẽ Consecratio secundâ Paschæ feriâ per Conradũ Archiepiscopũ Moguntinũ, assistentibus alijs Episcopis Vdalscalco Augustano, Ottone Frisingensi, Hermanno Monasteriensi, Ottone Aichstadiensi & Bertoldo Tullensi. Solenne hoc festũ & inter rara Augustæ fuit. Adfuit enim *Fridericus I.* Imp. (cuius iussu & auctoritate hæc Dedicatio instituta) cum tribus Filijs atque alijs Imperij Principibus. Erat profectò miranda tunc in Friderico Pietas erga Diuum Vdalricum, cuius sacra Ossa recens intẽta suppositis humeris ipse cum tribus Episcopis vsq; ad locum sepulturæ, quo etiãnum cubant singulari Religionis ac deuotionis exemplo portauit Anno MCLXXXVII.

Interuallo deinde trecentorum & quod excurrit annorum,

norum, Melchior de Stamhaim Abbas Templo ruinam rursus minitanti noua fundamenta moliri cæpit. Missis igitur nuntijs R^mum. & Ill^um. D. D. Petrum S. R. E. Titulo S. Vitalis Cardinalem de Schaumberg Episcopũ Augustanum acciuit, qui pro solitâ suâ Pietate & Modestiâ ad diẽ Assumptionis Diuæ Virginis Augustã lubens venit, & huic ædificio primariũ lapidẽ in tantâ hominum frequentiâ, qualẽ vix videre hîc aliquando licuit summâ cũ solennitate, Anno MCCCCLXVII. posuit. Ibi etiã hæc mira contigerunt. Erat in eâ hominũ turbâ Adolescens puerũ, vt fit, vlnis gestãs. Is mala sorte dũ actũ hũc spectat è sublimi loco XV. pedes alto in subiectã lapidũ structurã cũ infãte decidit & immunis ab omni noxâ vterq; resurgit. Iterũ aliud; Fors fuit vt cuidã ex Operis è superiori fabricę parte bipennis è manu laberetur atq; in caput Architecti infra stantis impetu caderet nec vllâ in parte illũ offenderet. Tertiũ hoc fuit. Saxum quoddã prægrande à muro solutũ supernè pręceps ruere cępit, iãq; cadẽdo tabulã fregerat, & proximũ erat vt Operas infernè opprimeret, sed Deo casũ notabiliter moderante saxũ aliò deflexit & sine cuiusquã noxâ in terrã vsq; cecidit. Addo & quartũ. Turris admodũ crassa Templo ad occidentẽ adhęrebat, quã in gratiã noui ædificij solo æquare conueniebat, idq; sumptu nõ leui, de quo iã cũ Opificib⁹ pactũ erat. Adstant fortè illi sub vesperũ diei cum vitis Religiosis, & dũ de re quã commodissimè gerẽdâ consulunt, ecce Turris ab imo fundamento vsq; ad summũ fastigium sponte disrũpitur; Moto itaq; nonnihil fundamẽto reliquæ partes paulatim absq; alio quodã humano adminiculo subsidũt in cumulũ, in quẽ demùm Campana maior, quæ in suo ligneo claustro adhuc permanserat suspẽsa, placidè demittitur nec frangitur, vbi Numinis certè Prouidentiâ factũ vt & labori & sumptui parceretur. Diuis Patronis id etiam in acceptis relatum fuit, vnde & multorum animos Pietas tetigit vt liberaliùs opes suas in augmentum huius Ecclesiæ conferrent. Celebre igitur initium sumpsit hæc fabrica, sed ad Dedicationem ruinâ cito nimis deformata, non peruenit.

Iam

Iam supereſt nos in medium producere pijſſimum illum Principem *Maximilianum I.* Imp. Auguſtum, cuius memoria, cum plurima tam in Vrbem hanc quam Monaſteriũ cõtulerit beneficia, ſanctè in veneratione eſt. Eius affectũ erga Diuum Vdalricũ (quem non vt patronũ ſolummodo coluit, verũ etiã vt Cognatũ, de cuius ſanguine deſcendebat, (a) amauit) ſatis docent monumenta quæ reliquit. Is Anno M. D. cõuocatis Imperij Proceribus publicũ Auguſtę Cõuentum inſtituit. Exurrexerat fortè iã tunc è ruinis pars illa Templi S. Vdalrici quæ ceciderat, pars altera, quã Odeum eſt, vt melior reſtitueretur vſq; ad fundamentũ diſiecta erat. Duplex ergo huic Tẽplo durante illo Cõuentu acceſſit beneficiũ, Dedicatio ſolenniſſima, & primarij lapidis poſitio celeberrima.

(a) *Hedwigis ex Comitibus Kũburgenſibus Mater fuit Rudolphi I. Impẽratoris. Eyzing. Thesaur. Prim.*

Res ita accidit. Placuit Auguſtiſſimo Imperatori vtrique celebritati adeſſe & ſuo etiam facto celebriorem reddere Inſtituitur ergo ad III. Idus Iulias publica ſupplicatio ad ædem Diui Vdalrici; Eunt Clerici & ſeculares magno numero & põpã. Primus ex ordine Principũ Bertoldus Comes Hennenbergius Archiepiſcopus Moguntinus vir multã canitie venerãdus, ideoq; baculo nixus mitrã geſtans cũ reliquis inſignibus Pontificũ ſacris operaturus incedit. Pone eũ ſequitur Suffraganeus Aichſtadienſis medius inter Abbates S. Vdalrici Auguſtę & S. Crucis V Verdeæ Archiepiſcopo mitrati & ipſi inſeruientes. Hinc aulica Cęſaris familia; Mox ipſe *Maximilianus* Imperator cum *Friderico S. R. E.* Tituli S. Theodori * Cardinale Diacono Legato Apoſtolico. Tum reliqui Principes ac Dynaſtæ Fridericus Dux Saxoniæ Princeps Elector, Erneſtus huius Frater Archiepiſcopus Magdeburgenſis Germaniæ Primas, Albertus ac Georgius duces Bauariæ, Fridericus Marchio Brandenburgenſis, Henricus Dux Mechelburgenſis, Laurentius Epiſcopus Herbipolenſis, Gabriel Eichſtadienſis & quotquot alij Principes, Comites & Barones. Vbi ad Eccleſię fores peruentũ, Moguntinus incorã omnibus ſalẽ, Cineres & alia ad Dedicationẽ neceſſaria ſolenni benedictione luſtrat, poſt vlteriorẽ Eccleſiæ conſecrationem

* *Titulus iſte hodie ſublatus eſt.*

Eichstadiensi suffraganeo committit. Ipse verò cum Imperatore atq; alijs Principibus ad locum vbi Lapides primarij ponendi erant progreditur. Lustratis ergo de more Lapidibus (tres autẽ Septem pedales erant ad hoc destinati) ac per opifices in imum fundamenti demissis, Imperator cum Cardinale descendit, sumptaque trullâ & malleo argenteis & hausto cæmento admodum dextrè primum collocat lapidem, Cardinalis mox alterum, queis demùm tertius superim ponitur cũ Inscriptione.

IESV XPO SACRVM
D. MAXIMILIANVS. ROM. CÆSAR. AVGVSTVS AD III. IDVS. IVLIAS. A FVNDAMENTIS LAPIDEM. HVNC PRIMVM POSVIT ANNO M.D.

Trullæ verò, quam Imperator ad perpetuam rei memoriam in Sacrario asseruari iussit, quamuis hodie, nescio quo infortunio perdita non amplius extet, hæc verba inscripta fuêre

PERPETVÆ SECVRITATI
ET DIVO VDALRICO MAIORI ET PROPINQVO SVO EX PROSAPIA VETERE PRINCIPVM FER. RETENSIVM
D. MAXIMILIANVS.
ROM. CÆSAR COMES DE PHIRT DEDICAVIT.
ANNO IVBILEO M. D. AD III. IDVS IVLIAS.

Est & aliud huius facti monumentum ab eodem Imperatore profectum; Statua lapidea Equestris iustæ magnitudinis, quam testandæ venerationi & propagandæ huius diei memoriæ extra Chorũ S. Vdalrici poni mandauit. Cæpta ea fuit, sed nõ perfecta Conspicitur etiamnum in Atrio Monasterij Eques cultu militari, sed rudi opere designatus potius quàm verè expressus.

Tandem & hæc pars Templi eaq; potior perfecta & exornata sub Ioanne Abbate qui hodie præsidet, vltimùm iã à Reuerendissimo & Ill^mo. Principe ac Domino D. Henrico Episcopo Augustano S. Vdalrici legitimo successore, vero amatore ac studiosissimo imitatore celebri pompâ dicata fuit, adiuuãte R^mo. D. Sebastiano Breuning eius suffraganeo VII. Calend. Septemb. Anno MDCVII.

CAPVT

CAPVT NONVM.

Sodalitas SS. Vdalrici & Afræ, & quorundam Nomina eidem inscripta.

PLures in hac Vrbe celebres habentur Sodalitates, queis tamen hæc noſtra, ſine inuidiâ dicam, antiquitate præeminet. Ea primò inſtituta fuit Anno MCCCCXL. ſub Abbate Ioanne de Hohenſtein hortante & adjuuante Ill.mo Cardinale & Epiſcopo Auguſtano Petro de Schaumberg, excitandæ ſcilicet Religioni & Pietati erga Diuos Patronos in frigefactis hominũ animis, cùm paulò ante habitâ Conſtantiæ Synodo Patres illi cunctis Eccleſiæ morbis proſpiciendum eſſe decreuiſſent. Vnde plurimi vtriuſq; ſexus à principio ſtatim in album eiuſdem relati. Sed mox interuallo aliquo maiora cepit incrementa. Nam poſt annum M.CCCCLXVII. cùm Abbas Melchior de Stamhaim nouam Templi ſtructuram emoliretur, auctoritate eiuſdem Illuſtriſſimi Cardinalis ea de nouo confirmata, decretis etiam annuis pro ijs, qui ex Sodalitate diem extremum clauſiſſent & ad Eccleſiæ ſtructuram aliquid contuliſſent, funeralibus, à Pontifice Maximo Nicolao V. tunc approbata & Indulgentijs aucta fuit. Hinc plures agminatim ſua Nomina dederunt, inter quos non pauci etiam potentiâ & dignitate inſignes;

Fridericus III. Rom. Imper. ſemper Auguſtus cum Coniuge ſuâ Eleonora Regis Portugalliæ Filiâ.

Petrus S. R. E. Tit. S. Vitalis Cardinalis de Schaumberg Epiſcopus Auguſtanus & per Germaniam Legatus à Latere.

Ludouicus Dux Bauariæ cum conjuge ſuâ Ducis Saxoniæ Filiâ.

Georgius Dux Bauariæ cum conjuge ſuâ Hartvvige Regis Poloniæ Filiâ

Sigiſmundus Archidux Auſtriæ cum primâ coniuge ſuâ Leonora Regis Scotiæ Filiâ.

Fridericus de Zollern Epiſcopus Auguſtanus.

Maximilianus I. Rom. Imp. Semper Auguſtus.

Henricus de Liechtenavv Epiſcopus Auguſtanus.

Otho Truchses de VValdburg sanctæ Romanæ Ecclesiæ Episcopus Cardinalis Albanensis & Augustanus se propriâ manu inscripsit. Die S. Pauli vltimâ Mensis Augusti Anno MDLXV. Supersedeo nominare singulos.

Certè Oppida integra, Conuentus & Monasteria tam virorum quam Fœminarum huic Sodalitati sese deuouerunt. Sed feruor etiam iste breui remissus tepescere cepit; Nam Religione & Pietate passim contemptâ & exulante per plures annos nemo huic Sodalitati deuotus, nemo adscriptus fuit.

Atqui jam nostro æuo Templi huius ædificium ex integro perfectum & ampliter ornatum, minus forte decorum videri poterat si hoc solo auito & præclaro ornamento, quod neglectu penitus defecerat, in posterum careret, idcirco Ioannes Abbas maiorum Pietatem secutus & æmulatus, Sodalitatem hanc veluti sepultam resuscitauit, & capto cum Prudentibus viris consilio nouas, pro Diuino cultu in singulos annos, menses & hebdomadas augendo, leges sanxit, quas Reuerendissimus & Ill.mus Princeps Henricus Episcopus Augustanus Anno MDCX. approbauit, Paulus V. Pont. Max. amplissimis Indulgentijs in perpetuum duraturis liberaliter donauit, & multos adeò prouocauit vt Nomina sua eidem mox darent, ex quibus nonnullæ etiam Principum Titulo insignes Personæ; Antistites, Comites, Barones ac Nobiles vtriusq; sexus plurimi, è plebe numerus sine numero. Nec desunt etiam alienigenæ atque è longè dissitis Prouincijs aduenientes qui in Diuorum Vdalrici & Afræ Fidem & clientelam adscribi cupiunt & gratis obtinent.

CAPVT




ARA PRINCEPS.
S. Narciso Sacra
Pedum LXXX
MDC.IIII

CAPVT DECIMVM.

Aræ & Sacella, quædam intra, quædam juxta Templum.

ILlarum prima est S. *Narcissi Episcopi & Martyris*, quæ etiã Diuis Ioanni Baptistæ & Euangelistæ sacra. Eam principem appellamus à loco, quia supremum occupat, à splendore quia ceteris elegantior, à magnitudine, quia reliquis altior, deniq; à dignitate, quia Sanctuarium augustissimæ Eucharistiæ asseruandæ complectitur. Ea Diuo Narcisso jure debebatur primo scilicet Augustanorũ Apostolo & Doctori. Nam is, vt pauca de eo, præterquam quod supra jam dictum est, referamus, Gerundẽsis in Hispaniâ Tarraconensi Episcopus, cùm ob immanem Diocletiani persecutionem ad tempus loco cederet, Augustam cum Diacono Felice venit, *Aſram* primò Filiam cum Matre *Hilariâ* ac tribus puellis *Dignâ*, *Eunomiâ* & *Eutropiâ*, mox omnem eius cognationem Christianam Fidem edocuit.* Quos cum Gentiles aliqui ex signis quibusdam, præsertim quod frequenter Crucem in frontibus pingerent, Christianos esse deprehendissent, ad necem quæsierunt, sed Afra Raab * Hierichuntidem imitata, quæ olim exploratores Iosue sub lino absconderat, hos Christi seruos sub lini fasciculis cælans seruauit, & proditores sermonis ambiguitate, aut certè fictâ quadam excusatione quasi ad sacrificium abijssent, elusit. Malignus etiam Genius qui Aſram cum puellis suis à teneris jam annis sibi deuotam tenebat, Ægyptij specie Elephantiaco similis noctu apparens, hanc prædam diu possessam injustè sibi eripi conquestus est. Quem Narcissus Oratione & Ieiunio facile pepulit, sed pulchrâ & ingeniosâ disputatione prius confudit. Nam cùm ille vel *vnam animam comedentis & bibentis, dormientis atque iterum euigilantis* sibi donari rogasset, annuit Episcopus, sed Dæmonem adiurauit de occidendo statim illo quem concessisset; Ille jurejurando se facturum respondit; Tum Episcopus, *Vade*, inquit *juxta Flumen Fontis Alpium Julia-*

Hic inferendũ Altare Maius S. Narcissi.

* *Anno CCCII.*

* *Ios. 2.*

Juliarum, vnde nemo potest aquam bibere, non homo non pecus, non fera aliqua, quia Draco ibi habitat & de flatu eius omnes qui ad fontem accesserint moriuntur, hunc interfice, & animam eius in tuam potestatem redige. Dæmon Episcopo multum conuiciatus parere tamen cogitur juramento constrictus & Draconem interficit. Itaque fons ille purus semel factus, ex eo semper manfit. Narcissus Apostolico munere perfunctus post nouem menses Gerundam redijt, vbi per tres annos pro Christianâ Religione laborans multos Christo adjunxit. Demùm cùm ad Aram rem diuinam faceret, ipsemet hostia fit, & tribus acceptis in humero, gutture & surâ vulneribus, quæ sicarius intulerat, occumbit circa Annum CCCVI. Eius festiua memoria IV. Calend. Nouemb. Augustæ colitur, quamuis in Romano Martyrologio XV. Calend. Aprilis ponatur. Anno pòst MLXXXVII. (quod hîc notatu dignum.) Sigehardus Abbas S. Vdalrici Fratrem Laicum è suo Conuentu in Hispanias ad Berengarium Episcopum Gerundensem misit, qui & historiam D. Afræ plenius exploraret, & Reliquiarum aliquid de D. Narcisso Augustanorum Apostolo adferret. Ille suâ legatione functus de Corpore D. Narcissi nil impetrauit, quod integrum & incorruptum adhuc esset, de vestimento tamen & stolâ, cum quibus in sepulchro conditus erat, partem accepit cum alijs quibusdam Sanctorum Reliquijs, de ossibus carne & cruore terrâ mixtis, itemq; vestimentis sancti Felicis Martyris, non illius Diaconi S. Narcissi, sed alterius quem vt Apostolum venerantur Gerundenses. Præterea de ossibus S. Romani Martyris Socij eiusdem S. Felicis, quos eodem Anno XII. Calend. Aug. prædictus Frater Augustam intulit, cuius translationis memoria eodem die quotannis in nostrâ Ecclesiâ seruatur. Neq; mirandum de Corpore S. Narcissi adhuc integro nihil impetratum, non enim fas est sacra pignora, quæ Deus mirabiliter custodit, temerè violare. Ferunt Abbatem quendam partem digiti pedis ex huius sancti Viri Corpore clam auferre conatum aliquando fuisse, sed Sanctum prodigiosè pedem retraxisse, & sic temeraria audâ repressisse.

AL. ET AFRÆ

am bibere, non homo non pecus, no
t & de statu eius omnes qui ad fo
nterfice, & animam eius in non
Episcopo multum conuicia
ramento constrictus & Da
ons ille purus semel factus
ssus Apostolico munere pe
es Gerundam rediit, vbi per
Religione laborans multos
n cùm ad Aram rem diuinam
& tribus acceptis in humero
s, quæ sicarius intulerat, oc
CVI. Eius festiua memoria
guſtæ colitur, quamuis in Ro
Calend. Aprilis ponatur. In
quod hic notatu dignum. Ve
i Fratrem Laicum è suo Co
engarium Episcopum Geru
oriam D. Afræ plenius expli
uid de D. Narcisso Augusta
. Ille suâ legatione functus
npetrauit, quod integrum &
de vestimento tamen & no
o conditus erat, partem acce
nctorum Reliquijs de talibus
is, itemq; vestimenta sancti
s Diaconi S. Narcissi, sed alte
enerantur Gerundenses Pa
Martyris Socij eiusdem Se
XII. Calend. Aug. præsulis
cuius translationis memoria
oſtrâ Ecclesiâ seruatur. Nos
Narcissi adhuc integro nihil
s est sacra pignora, quæ Deus
rè violare. Ferunt Abbatem
dis ex huius sancti Viri Co
m aliquando fuisse, sed San
etraxisse, & sic temeraria audi
repressile.

repressisse. Quid quod Baronius(a) de eodem refert? Sub Petro Aragonum Rege cum Gerunda per Carolum Siciliæ & Philippum Franciæ Reges caperetur, ex sepulchro S. Narcissi, quod milites ausi violare, muscarum examen egressum in exercitum infesto agmine irruisse, ingentem cladem intulisse & in fugam etiam egisse, adeoq; ab incæpto desistere coëgisse, ex quo Muscæ S. Narcissi apud eos in Prouerbium abierint. Factum hoc Anno M. CC LXXXVI. VIII. Septemb.

(a) Bar. Not. ad Martyr. XV. Cal. Aprilis.

Altera *S. Vdalrici Ara* versus Austrum sita est, quæ & sacra eius ossa continet. Mira quæ Diuus iste tam viuens quam post obitum gessit, plura sunt quam vt hâc paginâ stringi queant. Virtutũ eius elogium satis amplum breui sententiâ Martyrologium Romanũ 4. Non. Iulij complexũ est, cum eum *miræ abstinentiæ, largitatis & vigilantiæ ac miraculorũ gratiâ illustrẽ* Virum appellat. Natus est ex Patre *Hupaldo* nobilissimo Kyburgensi ac Dilingensi Comite, Matre *Thietburgâ* Burchardi Sueuiæ Ducis Filiâ, Anno DCCCXC. Mirantur autẽ meritò aliqui cur Sigebertus in Boicâ natũ scribat. Puer in S. Galli Cænobio enutritus & eruditus est, sed prius quã Sacræ Religioni voto se adstringere posset, inde euocatus *Adalberoni* Episcopo Augustano consanguineo suo traditus, eiusdẽ breui Camerarius effectus est. Romã Religionis causâ ter adijt. Anno CMXXIII. Hiltino Episcopo defuncto in Augustanâ sede successit & V. Calend. Ianuar. ordinatus est. Prælio adfuit & Victoriæ magna pars fuit quam *Otho Magnus Imperator* de Hungaris ad internecionem cæsis Anno CMLV. IV. Calend. Augusti reportauit.

Hic inserendæ Altare S. Vdalr.

Cum præfuisset annis L. obijt IV. Non. Iulij Anno CMLXXIII. ætatis suæ LXXXIII. *S. VVolffgãgus* Ratisbonẽsis Antistes Vdalricũ fataliter decũbentẽ inuisurus Augustã opportunè venit, & cũ mortuũ jã reperisset, sacris operat⁹, funebria justa Episcopus ipse Amico & Episcopo à quo presbyter ordinat⁹ fuerat multis cũ lachrymis persoluit, ac terræ corpus suauissimo odore fragrãs mandauit. Locũ sepulturæ juxta tumulũ S. Afræ viuus sibi elegit, in eoq; cryptam subterraneam fieri curauit, in quâ

CCX. annis cõditus jacuit. Anno pôst CMXCIII. *Ludo-*
fo Augustẽsi Episcopo petẽte à *Ioanne XV. P. M.* solenni-
tu inter Diuos relatus fuit. Et quamuis in Ecclesiâ mo
semper fuerit viris sanctitate, virtutibus & miraculis cla-
ris cęlestes decernere honores & in sacros codices refe-
re, ritus tamen ille solennis quo hodie vtitur Eccleſia re-
centior est, & primò legitur (b) vsurpatus *à Leone III. Pont.*
Max. qui *S. Suitbertum* V Verdensem Episcopum *Carolo M.*
Imp. petente Anno DCCCIII in Sanctorum numerum
retulit. Fuit igitur ista S. Vdalrici Canonizatio, vt vocãt,
inter primas, & ordine secunda quæ inueniri potuit (c)
Cum deinde Anno MCLXXXIII. Templum S. Vdalri-
ci incendio absumeretur, tecti culmen, trabes & Saxa
collabentia sepulchrum S. Vdalrici adeo oppresśere, vt
vix spes tunc supereſſet sacri eius corporis amplius re-cu-
perandi. Verùm Deus qui custodit ossa suorum sancto-
rum ne conterantur, (d) etiam hæc inter ruinas seruauit
illæsa. Nam Hartvvigo Episcopo jubente cõducti ad hoc
viri per aliquot Septimanas quærunt & fodiũt, nec aliud
refodiũt, nisi duas specus easq; vacuas, vnde suspicio nõ
leuis Corp^s S. Vdalrici non adesse, desperãt etiã inuenire.
Iterũ tamen quærere incipiunt & fodere spẽ non irritam
fouentes donec ad tertiã specum reliquis inferiorẽ ven-
tũ. Aduocantur itaq; viri Religiosi, Episcopus ipse in fos-
sam demittitur & ossa S. Vdalrici Pontificali vestitu nec
dum vetustate consumpto circũdata cum variis aliorũ
Sanctorũ reliquijs invenit, & mox capto cõsilio Anathe-
ma dicit in eos qui furto de Sancti Viri Ossibus aliquid
surripere ausi fuissent.

Ergo sacrum Corpus cetera illæsum & integrum e
ligneo loculo sublatũ, ęneoq; capulo inclusũ ex humili-
ori in altiorẽ locum translatũ & pone altare positũ vsq;
ad annũ MDCVI. ita fuit, vbi demùm nouo huic altari
commodius erigendo tumba parùm mota & in obli-
quum versa, vti & altera D. Afræ, ipsa Aræ loco succes-
sit. Memini porro me ex literis R. P. *Bernardini Cat-*
rij Societatis IESV Presbyteri legisse paucos ante an-
nos particulam de Ossibus *S. Vdalrici* Ratisbonâ Ro-
mam

(b) *Bellarm. Tom. 1. Contro. lib. de Sanct. Beatitud. & Canon. c. 8.*

(c) *Angel. Rocca. Comm. de Canon. Sanct.*

(d) *Psl. 33.*

niam ad Collegium *S. Apollinaris* missam & donatam, veneranterq; ibi susceptam esse, & exinde diem festum eius quotannis nouo statuto solennè haberi. Nos verò etsi nescimus quãdo & quo casu particula illa Ratisbonã aliquando delata fuerit, Diuo tamen nostro hanc gloriam minimè inuidemus, imo potius Nomini & cultui eius augendo & propagando facilè inducimur vt credamus eas de S. Vdalrico veras & genuinas reliquias esse.

Dignum hìc memoratu beneficiũ, quod per meritũ *S. Vdalrici* huic loco ac toti Diœcesi Diuino munere accessit. Siquidem Glires, genus animaliũ non tam molestũ quàm nociuũ, quidquid terrarũ Augustanæ Diœceseos ambitu continetur, inhabitare nequeũt, sed nec viuere illis hìc concessum. Profectò curiosi aliqui legũtur aliunde viuos aliquando intulisse, qui mox vt terrã attigerũt, viuere desierint. Augetur hoc mirũ alio miraculo. Nam & pulueres ex veteri sepulchro, in quo Caro D. Vdalrici, vt fert hominũ conditio, corrupta in terrã abijt, desumpti, & in loca vbi id genus animaliũ familiare est delati, ab omni statim eorundem infestatione reddunt libera. O uim certè diuinam! Eam Europa pænè vniuersa testari potest, ex cuius etiã remotissimis Prouincijs indies adueniũt qui hoc munus petũt & magna cũ Religione domũ ferunt. Libet hìc referre testimoniũ recens ex Tyrolensi Comitatu *Oendorfio*, loco prope Svvazium sito, vbi celebres illę Aurifodinæ, ad nos missũ. Erat pellendis eiusmodi animalibus Terra S. Vdalrici, vt vocãt, pridem illuc perlata, & religiosè in principio asseruata, cuius virtute pestifera illa progenies mox eliminata. Incolæ, liberi jam & securi à molestiâ, ab honore etiam, vt fit, Diuo eiusq; reliquijs exhibendo cessant. Sed ecce rursus apparent glires non minori quàm prius numero, nec sciunt vnde; Tandem incidit cogitatio D. Vdalrici, cuius nuper tam potentem experti opem fuerant; Recurrunt ergò ad illam, vota nuncupant, fidem & fiduciã habent; Mirũ dictu. Glires statim Diuo fauente aufugiũt & locum sponte velut ingrati hospites nemine alio pellente penitus deserunt. Cæci sunt & plus quam cæci qui

hæc non vident, & manum DEI non agnoscunt! Nihil hîc addo de Errore quo nonnulli persuasi nostrum V. dalricum Mediolani patrum memoriâ inuentum credunt, ibiq; miraculis etiam clarescentem venerantur. Ex his iam dictis certè facilè euertitur, neque est ratio quæ illum defendat, quisquis tandem ille inuentus fuerit.

Altare S. Afræ hic inserendum

Tertia ad Aquilonem Ara est D. Afræ sacro Corpore nobilitata. Aframa Cypriam genere fuisse, Veneri ab ineunte ætate à parentibus sacerdotem consecratam, turpi cultu Cyprio more eam veneratam priusquam Christi numeris adscriberetur, constat ex verbis Hilariæ (e) Matris ad Narcissum Episcopum, quæ ab antiquo scriptore in actis eius fideliter referuntur in hunc modum, *Parentes mei Cyprij fuerunt & inde venerunt cum sacris Veneris. Et Venus coli non potest nisi ab his fœminis quæ fuerunt fornicatæ: ideo ego denique Filiam meam sacris Veneris consecraui quasi Deæ Veneri seruaturam* &c. Quæ autem præterea in Præfatione, quam vulgares libri communiter præfixam habent, in medium adferuntur, *Afræ Natale solum Cyprum fuisse, Patrem Insulæ illius Regem cum alio Rege infeliciter pugnasse, atque in prælio occubuisse, Hilariam Reginam cum Filiâ Afrâ & totâ Cognatione fugâ dilapsam Romam venisse; Aframa somnio ter monitam vrbem suam exceßisse & Augustam vrbem vbi Lyco amne Bauari à Sueuis diuisi ire iussam, & migrasse spe noui regni adipiscendi, & quædam alia*, incerta sunt, & meo quidem iudicio à Doctissimo Viro Marco Velsero (f) optimis rationibus ducto meritò inter fabulas reiecta. Quis enim tunc Rex Cypri, quæ multos ante annos in Prouinciam redacta Romanis seruierat? aut quî Bauari à Sueuis Lyco amne tunc diuisi quorum distinctio his locis multos post annos introducta, cum prius vnam Prouinciam sub Rætiæ Nomenclaturâ constituerent, nec Sueui Danubium tunc transgressi fuissent? Eam igitur ex Cypro Insulâ originem traxisse non abnuimus, quo casu verò parentes eius siue maiores inde digressi Augustam venerint, nemini constare hactenus potuit. Lego tamen apud Matthiam Quadium Compendio Vniuersi lib. 2. c. 46 ante Constantini Magnum

(e) *Conuers. Afr.*

(f) *Velser. Comm. in Conuers. S. Afr.*

VDAL. ET AFRÆ

m DEI non agnoſcunt! N
nonnulli perſuaſi noſtrum
rum memoriâ inuentum
am clareſcentem veneran
cilè euertitur, neque eſt r
quis tandem ille inuentus

m Ara eſt D. Afræ ſacro C
Cypriam genere fuiſſe, Ven
ibus ſacerdotem conſecratam
re eam veneratam priuſquam
retur, conſtat ex verbis Hila
piſcopum, quæ ab antiquo ſc
r referuntur in hunc modum.
inde venerunt cum ſacris Veneris
is feminis quæ fuerunt fornicate: in
s Veneris conſecrani quaſi Deæ Ve
utem præterea in Præfatione,
muniter præfixam habent. in
e Natale ſolum Cyprum fuiſſe, i
ge infeliciter pugnaſſe, atque cu
cum Filiâ Afrâ & matre Eu
Afram ſornnio ter monitam vrbe re
vbi Lyco amne Bauari habitant
regni adipiſcendi, & quædam alia,
em iudicio à Doctiſſimo Viro
iis rationibus ducto merito
s enim tunc Rex Cypri,
uinciam redacta Romanis
Sueuis Lyco amne tunc
is multos poſt annos trans
inciam ſub Rætiæ Noricæ
eui Danubium tunc tranſgr
Cypro Inſulâ originem trax
u verò parentes eius fuer
am venerint, nemini conſtare
nen apud Matthiam Quadem
2. c. 46 ante Conſtantini Magni
tem-

ARA Cum Tumba S. AFRÆ Pedum

LXII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



tempora Cyprum Insulam XXXVI. annis continuis ob aquarum indigentiam, cum nunquam pluisset, ab incolis penitus derelictam fuisse. An forte similis causa fuerit Hilariæ vel eius parentibus inde emigrandi, & Augustam concedendi, prudens cogitare poterit. De Regiâ stirpe, ex quâ vulgò eam progenitam faciunt, res non minus dubia; Nam etsi id probari liquidò non possit, asserentem tamen non facilè quis redarguat; Neque enim incredibile est post extinctos Reges & constitutam Prouinciam de regio sanguine reliquias aliquas superuiuere potuisse. Hoc certum habemus ea Insignia cum Crucibus & Leonibus distincta quæ solent D. Afræ appingi nihil ad antiquos Cypri Reges pertinere; Sunt enim, vt acutè, sicut omnia, perspexit Velserus, Insignia *Lusinianorum* qui post excisum in Palæstinâ Francicum imperium, in Cypro rerum potiti, Hierosolymæ & Cypri Reges, quamuis non diu duraturi, dici voluerunt, circa Annum MCXCI. (g) Ergo Afra Christianâ Religione à S. Narcisso imbuta, Veneri mox nuntium misit & omni turpitudini valedixit, quod Gentiles diu latere non potuit, nam ea post IX. à Conuersione menses, dies XII. (aliqui integrum adhuc superaddunt annum) sæuiente Diocletiani persecutione comprehensa & Gaio Iudici oblata, cum se Christianam constanter profiteretur, nec blanditijs nec tormentis moueri posset vt Dijs sacrificaret, damnata & viua incendi iussa est. Quam sententiam illa magno animo accipiens, supplicium hilari vultu adijt: Cumque ad stipitem reuincta flammis vndique cingeretur, audita est IESV Christo gratias agere, & tales preces effundere, quod *qui pro toto Mundo solus hostia in Cruce oblatus esset, iustus pro iniustis, bonus pro malis, benedictus pro maledictis, mundus à peccato pro peccatoribus Vniuersis, ipsam quoq; dignaretur habere hostiam.* Et cum dicto sanctam animam, corpore igni nihil læso, efflauit. Neque mirum corpus à flammâ tunc non læsum, prodit enim Passionis historia Afram sarmentis circumdatam, quæ lentum concipiunt ignem, quo corpora Martyrum assari potius quam cremari solebant, erantque non tam accelerandæ quam

(g) *Vide etiam peregrinationē Georgij Ehingeri ad diuersa regna cum Icunibus Regum eorumq; insignibus germanicè editam Anno MDC.*

Anno CCC. III. VII. die Augusti.

differendæ Morti ac protrahendæ pœnæ inuenta, cum validâ flammâ citius extingui & consumi potuissent, Vnde etiam barbara Gentilium crudelitas æstimari potest. Afra extincta hoc loco, Memoriâ scilicet quam sibi suisque viua fieri curauerat, condita fuit, manstroque ita vsque ad Annum MLXIV. quo ab Embricone Episcopo nouam Templi structuram moliente adhuc integra inuenta, sublimiori & augustiori loco reposita sunt. Exinde ea celebrior indies facta, Exteros etiã ad sui venerationem allexit. Equidem *Anno Coloniensis Archiepiscopus* multis precibus ab Embricone Augustano munus aliquod de Diuæ huius corpore ex magno erga eam affectu petijt, & obtinuit. Ex consilio autem Fratrum Cœnobij S. Afræ Episcopus Tumbam aperuit, & quia corpus adhuc integrum & veluti candidissimo cæmento obductum reperit, articulum vnum ex maiori digito pedis abstulit & Archiepiscopo donum misit. Simili deuotio paucis pôst annis animum *Henrici IV.* Imp. tetigit, & vtinam semper eam habuisset. Is Spirę Ecclesiam construxit, quam D. Afræ voluit sacram. Hermannum ergo Episcopum Augustânum rogat augendæ venerationi nouæ Ecclesiæ reliquiarum aliquid de S. Afra submitteret. Ille anxius & expers Consilij Abbatem Cœnobij & Clerum conuocat & quid facto opus in re tam graui inquirit. Capto demùm consilio alterum articulum digiti pedis residuum Imperatori concedendum decernunt, & reipsâ depromunt. Interea Ciues armati fores Ecclesiæ munire ac diligentissimè cauere, ne quid maioris notę de tantis reliquijs auferretur, optantes potius mori quam thesaurum tam amatũ amittere. Post quam hæc facta, rursus occlusa Tumba, neque ad hæc usque Tempora reserata fuit. Beneficam se Diua hac lapius cùm aliâs ostendit, tum maximè in Incendiorum periculis ope suâ adfuit. Exemplis tam veteribus quam recentibus id demonstrari posset, sed quia passim sunt obuia, operæ pretium non fecerim si ea hic repositero.

Quartum S. Crucis Altare in medio Templi visitur quatuor Imaginibus æreis eximiæ magnitudinis conspi-

conſpicuum; Chriſti Crucifixi, hinc Diuæ Virginis Matris, illinc Diui Ioannis dilecti Diſcipuli, in medio D. Mariæ Magdalenæ in genua procumbentis & Crucem amplectentis. Crux ipſâ ebeno inducta in ſat magnam altitudinem aſſurgit. Priuilegio Animabus in Purgatorio ter in Septimanâ ſubueniendi à Paulo V. Pont. Max. auctum fuit, vnde in fronte hæc verba aureis literis inſculpta cernuntur, ALTARE PRIVILEGIATVM. A tergo præter verſus quoſdam inſcriptos etiam hæc verba leguntur;

DISCE HOSPES CHRISTIANE NON AES SED RES.
VT FLEBILE CHRISTI PATIENTIS ARGVMENTVM GRATA SEMPER MENTE REVOLVERES;
HOC MONVMENTVM.
IOANNES ABBAS.
FIERI CVRAVIT.
ANNO P.C.N MDC.V.

Ad dexteram propè conſpicitur quintum Altare *D. Virgini* ſacrum, quod Aſſumptionis eiuſdem hiſtoriam coloribus eleganter expreſſam oculis exhibet. Munus eſt ab Illuſtri ac Generoſo Domino *Chriſtophoro Fuggaro* Libero Barone in Kirchberg & VVeiſſenhorn Ioannis F. Antonij N. Crypta ibi eſt ſubterranea, Monumentum ſcilicet quod ſibi ſuisque viuus poſuit, & iam cum Coniuge ſuâ Mariâ ex Comitibus de Schvvarzenberg mortuus inhabitat.

Huic ad læuam ſextum non diſſimile reſpondet, *D. Benedicto* & omnibus qui è Benedictinâ familiâ Beatorū numeris adſcripti dicatum. Id Ioannes Abbas qui hodie eſt, Anteceſſoris ſui pijs Manibus Epitaphij loco ob eius inſignia merita fieri curauit cum hâc Inſcriptione.

D. O. M.
IACOBO. KOEPPLINIO. ABBATI. QVONDAM. DVOS. ET. QVINQVAGINTA. ANNOS. DE. HOC. MONASTERIO. BENE. MERENTI. IPSO. TANDEM. ANNO. SECVLARI. M.DC. DIE. VIII. FEBR. DEFVNCTO, VT. MORTVVS. IN MEMORIA. HOMINVM. NVNQVAM. NON. VIVERET, HANC. ARAM. IOANNES. ABBAS. EIDEM. SVCCEDENS. L. M. POS. ANNO. MDCXXII. SVI. REGIMINIS. XXII.

Dextera

Dextera ingredientibus Ala quinque sacella habet. Primum S. *Georgij* Martyris electum pro sepulturâ ab Illustri ac Generoso Domino *Georgio Fuggaro* Raymundi F. Lib. Barone in Kirchberg & VVeissenhorn, in eo ipse cum conjuge & copiosâ prole post solutum Naturæ debitum jam quiescit.

Alterum *D. Andreæ* Apostoli Titulum præferens Illustris ac Generosi *D. Marci Fuggeri* Antonij F. Lib. Bar. in Kirchberg & VVeissenhorn S. C. M. Consiliarij ac Duûmviri Augustani magnificentiam exhibet. Claditur septo sat pulchro & sumptuoso marmoreis columnis ac ferreis cancellis distincto, cui Christi Seruatoris ac duodecim Apostolorum statuæ è candido Marmore superstant. Marcus cum conjuge Sibillâ VVilhelmi Comitis ab Eberstein Filiâ ac totâ posteritate, erecto etiam spectabili Monumento, hîc sepeliri voluit.

Hîc inferendum Iconismum Sepulchri S. Symperti.

Eodem septo comprehenditur tertium Sacellum S. *Simperti* Episcopi Nomine & Ossibus celeberrimum. Is Amberto Duce Austrasiæ & Symphoriânâ Pipini Regis Filiâ Caroli Magni Sorore natus, puer Murbacense Cœnobium ingressus inter pietatem & literas gnauiter adoleuit. Defuncto Abbate eiusdem Cœnobij votis omnium Abbas eligitur. *Carolus* deinde *Magnus* confecto feliciter Boico bello, rebusq; compositis, cum Augustam multis interea cladibus afflictam ac vexatam priſtino ornatui restituere decreuisset, sedesq; Pontificalis ibi aliquandiu vacasset, Simpertum Virum omni virtutum genere probatissimum Summo Pontifice approbante, Augustanæ Ecclesiæ præfecit Episcopum. Quam ille dignitatem factis mox adæquauit; S. Afræ Basilicam flammis absumptam & S. Magni Monasterium in Faucibus disiectum restituit. Diæcesim Augustanam Leonis III. Pont. Max. & *Caroli Imp.* auctoritate vltra Lycum amnem, cuius antea is limes erat, longè in Boicam extendit. Multa alia cùm in Synodis tum in Aulâ Imperatoriâ pro vtriusque & Ecclesiasticæ & Ciuilis Reip. bono præclarè gessit. Demùm ordinationis Anno XXX. IV. Id. Octob. migrauit ad superos, cuius vitæ Sanctimoniam

Circa Annum DCCC.

as Ala quinque sacella habet
s electum pro sepultura ab I
no *Georgio Fuggaro* Raymun
rg & VVeissenhorn. In eo
à prole post solutum Natur

postoli Titulum præferens I
rci Fuggeri Antonij F. Lib. Ba
nhorn S. C. M. Consiliarij a
gnificentiam exhibet. Claud
umptuoso marmoreis colum
incto, cui Christi Seruatoris
statuæ è candido Marmore is
njuge Sibillâ VVilhelmi Co
tota posteritate, erecto eran
hîc sepeliri voluit.

ehenditur tertium Sacellum
e & Ossibus celeberrimum, I
e & Symphoriana Pipini Regis
e natus, puer Murbacense Ca
ietatem & literas gnauiter ad
eiusdem Cœnobij votis omn
deinde *Magno* confecto sol
compositis, cum Augustam
afflictam ac vexatam prisino
iisset, sedesq; Pontificalis hi di
ertum Virum omni virtutum
ummo Pontifice approbare
fecit Episcopum. Quam ille
dæquauit; S. Afræ Basilicam
. Magni Monasterium in ip
Diœcesim Augustanam limi
Imp. auctoritate vltra Lycum
imes erat, longè in Boicam ex
n Synodis tum in Aulâ Imperia
clesiasticæ & Ciuilis Reipubl
ordinationis Anno XXX. IV.
peros, cuius vitæ Sanctimon
am

Sacellum. cum tumba Bini Simperti.
Matthias Kager delineavit.
Wolf Kilian Sculpsit.

Hic in
Iconiſo
pulchrꝰ
parti.

Circa
DCC

am plurima quæ ad eius sepulchrum sæpè contigêre miracula, abunde testantur. Inter cætera vnum hoc recensendum. Cum Anno MCLXXXIII. totum Templum incendio perijsset, adeoq; huius Diui sepulchrum Dio expositum esset, pluuiæq; & Imbres qui tunc maximi cadebant, totã Templi aream aquis operirent, sola eius Tumba, quæ solũ altitudine non excedebat, immunis ab inundatione remansit, quam Aquę diuinâ vi prohibitæ cõtingere non sunt ausæ. Certè innumeræ figuræ hominũ vtriusq; sexus, infantũ præsertim ex cerâ fictæ, quę passim quotidie adferũtur latã sæpissimè opem satis ostendũt. Eam ob causam *Nicolaus V.* Pont. Max. procurante *Petro* S. R. E. Cardinale Episcopo Augustano eũ inter Diuos coli, festãq; quotannis eius memoriã in hoc Cænobio agi meritò cõcessit. Quod idẽ *Gregorius XV.* nuper Anno MDCXXIV. curante R^mo. & Ill^mo. Principe *Henrico* Episcopo Augustano in totâ Diæcesi fieri ob mira, quæ per eum quotidie fiunt, lubens permisit. Eius sacra ossa cùm aliàs translata, tum etiam perdita, Templo ruinam patiente, ac rursus inuenta maximo cum apparatu præsẽtibus *Maximiliano Cæsare, Christophoro & Wolfgango Boiorum Ducibus, Friderico Episcopo Augustano* atque alijs sacrorum Antistitibus honoratiori loco posita fuêre Anno MCCCCXCII. Calend. Maij quæ fuit tertia Paschæ feria. Deniq; Anno MDLXXIX. in eum locum vbi hodie cernuntur & in veneratione sunt, tertiò & vltimò translata fuêre.

Supra jam dictum sacellum aliud est Diuis *Joanni Baptistæ & Euangelistæ* sacrum à Conrado Mörlino Abbate in priuatum Abbatum Oratorium erectum Anno MCCCCXCVI. Fornix inter vtrumq; medius est, insigni opere & arte perfectus.

Quintum *SS. Benedicti & Francisci* à Generoso & Illustri *Domino Octauiano Secundo Fuggero* Georgij F. Duũmviro Augustano extructum. Cryptam habet subterraneã, in qua & ipse sepulturam accepit & posteris suis reliquit.

In sinistrâ deinde Templi Alâ Sacellum sat elegans est Diuo *Bartholomæo* Apostolo dicatum quod sibi

suisq; in Memoriam fieri curauit Illustris ac Generosus Dominus *Philippus Eduardus Fuggerus* Liber Baro in Kirchberg & VVeissenhorn. Obijt Anno M. DCXVIII. Ætate & annorum numero cunctos sui generis superauit virtute & Prudentiâ nulli secundus.

In posteriore Templo aliud *D. Michaelis* Sacellum est Ill^tris. ac Generosi *D. Jacobi Fuggari* Antonij F. Liberi Baronis in Kirchberg & VVeissenhorn, Domini in Babenhusio insignibus clarum, cuius etiam sumptu & munificentiâ maius Organum primò erectum fuit. Quod cùm vetustate nonnihil deformatum, inutile etiam fieret, quatuor Filij hæredes *Georgius, Joannes, Hieronymus & Maximilianus* Illustres Kirchbergæ & VVeissenhorni Comites instaurari & augustiori loco quo hodie conspicitur, poni, Sacellum quoq; nouâ Arâ ornari fecerunt. Iacobus sepulturam sibi suisq; hîc parari viuus curauit, sed mortuus eam non est ingressus, maluit enim in suo Castro Babenhusiano sepeliri.

Ad læuam Templi anterioris supra Sacrarium Sacellum est amplum & magnificum *Diuæ Virgini* Deiparæ Sacrum. In eo quotannis quibuslibet Dominicis Aduentus sub diluculum festa Salutationis Angelicæ memoria solenni actu sub Missæ Sacrificio exhibetur. *Paulus V.* Pont. Max. Indulgentiam plenariam pro primâ qualibet Dominicâ Aduentus concessit anno MDCIX.

Diui *Iacobi Apostoli* Ædicula nonnihil à reliquo Templo dissita, sed medio alio ædificio conjuncta ex eo celebrior alijs habenda quod Sacrum fontem siue Baptisterium, vt vocant, contineat. Est enim Ecclesia haec Parochialis & Baptismalis, & in hoc sacello infantes recens nati lustrali aquâ tinguntur.

Vltimum Sacellum domesticum intra Domum recens à Ioanne moderno Abbate ædificatam comprehenditur. Diuo *Michaëli* & reliquis cælestibus Genijs dedicatum & ampliter ornatum est. Certè Religionis ac splendoris vix aliquid hîc desiderari potest.

Plura

Plura erant olim huic celebri Templo sacra loca veluti parerga quædam coniuncta, sed ea in profanos hodie vsus cessere. Siquidem posteriori Templo ad sinistram ingredientibus domus ampla & longa adhæret, quam vulgò Prædicatoriam vocant, à Ioanne de Hohenstein Abbate vltimò extructa & ampliata. In eâ quondam Curiones nostri, priusquam Paræcia Conuentui vniretur, finito Solenni Missæ Officio ad populum de rebus diuinis verba faciebant, & vbi opus erat funeralia etiam pro mortuis peragebant. Hodie Neoeuangelici Conuentus suos ibi faciunt. Ædes hæc annexum habet sacellum S. Agnetis ab Adalberone Abbate VII. primò extructum. Id sepulchretum Abbatum diu fuit, jam Lutherani occupant & Sacristiam vocant, quâ tamen nihil profanius.

Postremò Sacellum fuit in Cæmiterio à quodam Berchtoldo Bitschlinio Ciue Augustano honori omnium Sanctorum extructum, cum Cryptâ subterraneâ, in quâ fundator ipse & plurimi alij terræ mandati fuêre. Crypta hodie promptuarium est quorundam victualium ad stipem pauperibus erogandam.

BASILICÆ SS. VDALRICI ET AFRÆ AVGVSTÆ VINDELICORVM Historiæ.

PARS SECVNDA.

In quâ Sacra Templi supellex spectanda exponitur.

PAtent ergô iam adyta, Lector; ad penetralia te ducam plura spectaturum quam lecturum. Sed ne in primo statim limine offendas, monendus es ex Diuino Oraculo vt calceamenta de pedibus soluas & pio adfectu accedas, Locus enim & quidquid in eo est sacrum est, ideo adorandum, antiquum, ideo venerandum. Cara certè & grata sunt veterum monumenta quantumuis abiecta & vilia, dummodo egregiâ virtute aut eruditione sint commendati. Eam ob causam Isabella Pannoniæ Regina Ouidij Calamum argenteum vt rem sacram adseruauit; Epictéti Stoici fictilem Lucernam trecentis denarijs quidam emit; Alius Protei Cynici baculum, quem in ignem insiliens reliquerat, Talento suum fecit. Quantâ ergô diligentiâ, quantâue Religione par est nos Christi Seruatoris nostri & hominum sanctitate illustrium monumenta, quæ diuinas habent efficientias conquirere, venerari & custodire? Præclarè D. Augustinus (a) *Non sunt contemnenda*, inquit, *seu abijcienda corpora defunctorum* maxi-

(a) lib. de Cur. pro mort. agẽd. c. 3.

maximeque iustorum atq; fidelium, quibus tanquam organis & vasis vsus est Spiritus Sanctus. Si enim paterna vestis & annulus ac siquid huiusmodi tanto carius est posteris, quanto erga parentes maior extitit affectus, nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ vtique multò familiarùs atque coniunctiùs quàm quælibet indumenta gestamus. Diuus etiam Chrysostomus (b) Thesaurum sacrarũ Reliquiarum Ecclesię concessum inter præcipua DEI beneficia numerat, cuius aliquot verba, cum ad rem faciant, meritò huc inferenda censui, nam Oratione in Babylam Martyrem, *DEVS*, inquit, *quâ est in humanum genus benignitate, inter alias quas infinitas nobis salutis nostræ occasiones dedit, & hanc quoque nobis viam à se munitam esse voluit, idoneum ad virtutem capessendam stimulum, relictis scilicet interim apud nos Sanctorum Reliquijs. Nam post sermonis facultatem ipsa certè Sanctorum sepulchra proximum locum obtinent ad animas hominum in ipsos Sanctos intuentium ad virtutum earundem æmulationem excitandas.* Ecce stimulum Virtutum quo excitatus Maiorum atque Sanctorum hominum facta faciliùs imitêre. Sed & alia beneficia ab ijsdem Reliquijs diuino munere in nos proficisci alibi (c) monet, & *Idcirco*, ait, *sæpe eos inuisamus, tumulos adornemus, magnaque fide reliquias eorum contingamus vt inde benedictionem assequamur.* Sed quam obsecro benedictionem? Cyrillum (d) adi Hierosolymitanum & inuenies quam pulchrè exemplo Heliseî Prophetæ mortui & in sepulchro iacentis mortuũ tamen ad vitã reuocantis probet, absente etiã animâ inesse corporibus Sanctorũ Virtutem ac potentiã curandi ægros, mortuos suscitandi & alia mira patrãdi. Quod & D. Gregorius (e) Papa homeliâ de SS. Processo & Martiniano egregiè confirmans, *Ad horũ*, inquit, *corpora ægri veniũt & sanantur, dæmoniaci veniunt & curantur, periuri veniunt & à dæmonio vexantur.* Quin & cum sacrarum Translatione Reliquiarum (f) Regni quoq; gloriam & Maiestatem à Francis ad Saxones atq; adeo Germanos translatã fuisse scribit Spõdanus (g) En ergo præclarã à sacris Reliquijs benedictionẽ l Annon exẽpla donet etiã hæc Vrbs & hoc Tẽplũ? Legat qui volet Historias SS. Vdalrici & Afrę, Symperti & aliorũ hîc sepul-

(b) *Chrys. Orat. in Babyl.*

(c) *Tom. 3. Oper. Orat. in SS. Inuent. & Max.*

(d) *Catech. 18. Illuminat.*

(e) *lib 40. Homel. homel. 23.*

(f) *SS. Dionys. & Viti.*

(g) *Anno C. 836. & 920.*

sepultorum, reperiet vetera quam plurima, nec deerunt recentia quæ largam hinc iam olim atque etiam nunc effluxisse benedictionem testentur.

Sed iam intrauimus locum, singula propius lustrare licet. Ac ne, quem hîc seruamus ordinem fortè causseris, etiam hoc te scire oportet, nos prætermisso dignitatis ordine ipsius loci dispositionem ac monumentorum inter se conuenientiam præcipuè considerare voluisse. Igitur

Hîc inferendus Iconismus Aræ Sacristiæ.

In fronte Sacrarij Ara est duodecim Sacris Corporibus Martyrum octo, & Confessorum Pontificum quatuor conspicua, quæ per varios casus non semel perdita & rursus detecta, hinc diuersimodè translata, demũ Anno MDC. XVIII. augendo eorum Honori in hunc locum in magnâ Populi frequentiâ reposita fuere.

I. Sub ipsius Aræ mensâ, quam vocant, Ossa S. Digne Martyris loculo ligneo ac mobili, ad monstrandum, sat decenter ornata cubant. Deest radius vnus, quem fama est D. Vdalricum dum viueret ad Eremum Helueticam dono tulisse. Fuit ea ex famulitio S. Afræ & eâdem cum D. Hilariâ ob fidem Christianam pœnâ affecta. Affirmant aliqui Romanam fuisse, & inde cum D. Afra ex Cypro migrante Augustam venisse; Atqui hoc eandem meretur fidem quam reliqua de D. Afræ emigratione historia, de quâ in primâ parte iam satis dictum. 1. p. c. 10.

II. Vertex Aræ non inuenustè arcuatus est & sua habet loculamenta in quibus septem Martyrum ex Sodalitio S. Afræ ossa demptis Capitibus conspiciuntur.

Duo latera quatuor Episcopi Confessores Augustani sanctitate celebres occupant.

III. Primus *VVicterpus* ex Monacho S. Benedicti & Abbate Eluangensi Episcopus Augustanus. Præfuit huic Ecclesiæ annis XVI. quibus pro Rep. Christiana in his oris propagandâ multa præclarè gessit, varia Templa extruxit, auxit & ditauit, erecta ab alijs consecrauit. Maiorem vitæ partem in Boicâ loco qui Eptaticus, vulgo Eppach dicitur, traduxit, in quo etiam cum magnâ Sanctitatis

ra quam plurima, nec deerant
ciam olim atque etiam nunc
teſtentur.

ocum, ſingula propius luſtra-
amus ordinem fortè cauſſen-
et, nos prætermiſſo dignita-
itionem ac monumentorum
præcipuè conſiderare volui-

coniſtrus Aræ Sacriſtæ.

eſt duodecim Sacris Corpori-
Confeſſorum Pontificum qua-
varios caſus non ſemel perdu-
uerſimodè tranſlata, demùm An-
endo eorum Honori in hunc
frequentiâ repoſita fuere.
asâ, quam vocant Oſſa S. Digni
c mobili, ad monſtrandum, tan
Deeſt radius vnus, quem fama
iueret ad Eremum Helueticam
amulitio S. Afræ & eadem cum
riſtianam pœna affecta. Adhæ-
uiſſe, & inde cum S. Afra ex Ci-
n veniſſe; Atqui hoc eandem
liqua de D. Afræ emigratione
parte iam ſatis dictum.
inuenuſtè arcuatus eſt & ſua hu-
us ſeptem Martyrum ex Soda-
s Capitibus conſpiciuntur.
Epiſcopi Confeſſores Augu-
cupant.
ius ex Monacho S. Benedicti &
ſcopus Auguſtanus. Præter
I. quibus pro Rep. Chriſtiana in
ta præclarè geſſit, varia Templa
erecta ab aliis conſecrauit. Ma-
oicâ loco qui Epraticus, vulgò
in quo etiam cum magnâ San-
ctitatis

Corpus S: | Dignæ M:
Pars anterior Sacristiæ.
Matthæus Kager delineavit.
Wolf. Kilian Sculpsit.



ctitatis existimatione diem clausit ac diu sepultus iacuit. Demùm augendæ eius venerationi Augustam translatus & in Templo D. Afræ tumulatus fuit. Dies obitus XVI. Cal. Maij notatus reperitur, de anno minus certi sumus.

IV. Alter *Tozzo* VVicterpi successor ex Parocho VValdhouensi Episcopus. Is Presbyter adhuc sepulchrũ S Galli Religionis causâ inuisurus, Cereo fertur vsus qui noctu semper ardẽs nunquã deficeret, nec minueretur, orto Sole mox lumen amitteret, occidẽte rursus ardere inciperet ac lucere sine vllâ, vt dictum est, diminutione. Eâ re permotus *S. Magnus* comitem se ei itineris adiunxit & cum reduce *Tozzone* ad VVicterpum Episcopũ Augustanũ peruenit. Inde captâ veniâ ad Alpiũ Fauces pulsis antea varijs serpentũ mõstris sedẽ fixit. VVicterpo ad Cælites euocato Magnus effecit vt *Tozzo*, quem plurimũ coluit, Episcopus Augustæ efficeretur. Præfuit igitur laudabiliter annis XII. Magno quinq; annis superfuit, ac XVII. Cal. Febr. circa annũ DCLXXVI viuere desijt.

V. Tertius *Nidgarius* ex Abbate Ottenburano Episcopus Augustanus; cuius vitę historia etsi hodie non extat, sanctitatis tamen memoria adhuc manet, & Corporis Reliquiæ hoc loco in honore habentur, quæ cùm olim ob Templi ruinam perditæ fuissent, circa annũ MCCCLXXXIX rursus inuẽtæ fuêre cũ hac Inscriptione.

BEATISSIMÆ. MEMORIÆ. REQVIESCIT. HIC. NIDGARIVS. EPISCOPVS. OMNES. LEGENTES. ORATE. VT. PIVS. DEVS. ILLI. MISEREATVR. OBIIT. BEATVS. DECIMA. SEPTIMA. CALENDARVM. MAII.

Episcopatum suscepit Anno DCCCLXIV.

VI. Quartus *Adalbero* ex Comitibus Dilingensibus Monachus & Abbas Eluangensis, pôst Episcopus Augustanus. Init anno DCCCLXXXVII. Præter insignẽ vitæ sanctimoniã ciuilis quoq; prudentię laude insigniter excelluit. *Vnde Arnulpho* & *Ludouico* Filio Impp. fuit acceptissimus & à secretis consilijs. S. Vdalricum consanguineũ suum Adolescentem in familiam recepit tradito ei Camerarij officio. Qui postea Romam profectus à

Marino

Marino Viro Sancto, deinde summo Pontifice, per diuinam reuelationem edocto audiuit Adalberonem Episcopum Augustanum diem suum obijsse. Eidem D. Vdalrico pôst Episcopo ac Successori suo sacrificanti Adalbero ex Dei permissione cum Fortunato quodam alio sancto Episcopo non semel adstitit, & sacris simul operati sunt. Obijt demum Anno CMIX.

NOTA.

QVatuor istos Episcopos, etsi inter Diuos Solenni ritu non legantur relati, sanctitatis tamen opinionem ob virtutum merita, additis miraculis, apud posteros semper habuisse. *Quæ enim* (Canonizationes) *nostrâ tempestate fiunt*, ait Angelus Rocca* *raræ sunt ob memorias interdum deperditas, nec non ob multiplices probationum aliarúmq; rerum difficultates, atq; ob exactam diligentiam & cautelam, quâ Ecclesia in approbando vti solet. Quæ plane omnia sine magno temporum interuallo, superatis q; distantium locorum impedimentis, ac sine immensis laboribus atque impensis fieri non possunt. Hinc nutis tam vitæ sanctitate quam miraculorum splendore insignibus honores nondum Canonizatis dari consueti, concedi solent vel in aliqua Prouinciâ vel in aliquibus tantùm locis.* Idem de nostris hisce Patronis omnino dictum volumus, quorum duo priores solennem Canonizandi ritum paulò antecesserunt, reliqui jam introductum proxime secuti sunt.

* *Comment. de Canonic. Sanct. in fine.*

I.



IN hac tricubitali Tabulâ ex Ebeno pulchrè elaboratâ & argento non inuenustè ornatâ, quam Ioannes Abbas modernus Diuis Martyribus S. Afræ Socijs voluit sacram, continentur

Quatuor Ossa sat magna & integra ; quatuor item partes minores cum sex dentibus molaribus ex Sodalitate S. Afræ.

Infernè hæc verba inscripta leguntur;

I DEO.

DEO. OPT. MAX. ÆTERNO.

DIVVM. TVTEL. HONORI. SOCIETATIS. S. AFRÆ. M. OPTIMÆ PATRONÆ. DECORI. ECCLESIAE. ORNAMENTO. POSTERITATIS EXEMPLO. HANC. LIPSANOTHECAM. DOMINVS. IOANNES. ABBAS. PRO. SVA. IN. DEVM. SANCTOSQVE. PIETATE. FACIVNDAM. CVRAVIT.

ANNO XPI. M. DC. XVII. SVI. REGIMINIS. XVII.

Isthæc

II.

ISthæc Tabula prioris æmula dono à Nobili Schrenckiorum familiâ huc missa in se habet.

Quatuor Ossa grandia, partes minores quatuor, & sex dentes ex eâdem D. Afræ Sodalitate

Inscriptio talis est:

D. O. M.

PATRONIS. LOCI. HVIVS. TVTELARIBVS. MARTYRIBVS. DI-
VAE AFRAE. SOCIS. QVORVM. OSSA. HIC. CORAM. SPECTANTVR.
PRO. DEBITO. ERGA. SANCTOS. ET. LOCVM. HONORE. AMORE.
OPTIMI. PARENTIS. NOBILIS. ET STRENVI. VIRI. FRIDERICI.
SCHRENCKII. DE. NOZINGEN. ANTE. NOVENNIVM. VITA. FVN-
CTI. LOCO. BERTOLDVS. CAROLVS. FRIDERICVS. ET. PAVLVS.
FILII. AC. PIA. MATER. NOBILIS. MATRONA. MARIÆ. MAGDALE-
NA. KVRTIA. DE. TVRRI. FILIO. ET. GERMANO. F. ANTONIO SA-
CERDOTI. PRIMITIAS. CELEBRANTE. LL. M. OBTVLERVNT. AN-
NO. FILII. VIRGINIS. M. DC. XXVII.

D. Narcissus

III.

S. NARCISSVS EP. GERVND. M.

D *Narciſſus* Epiſcopus & Martyr Gerundenſis, primus Augu-
ſtanorum Apoſtolus, quod, cùm S. Afram conuerteret,
Dæmonem horribili ſpecie apparentem Oratione & Ieiunio pe-
pulerit, & prius argutâ diſputatione conuictum, immanem ad
Alpium Fauces habitantem Draconem interficere coëgerit, id-
circo cum malo Genio ſemper ſolet depingi. Eius Imago ex ar-
gento pectore tenus efformata atq; hic expreſſa ſequentes con-
tinet Reliliquias.

De Vestibus S. Narcissi Episcopi & Mart. Gerundensis. 29. Octob.
Duas integras maxillas cum omnibus ferè dentibus, duas item dimidias maxillas ex Societate S. Afræ Mart. 12. Aug.
Insignem particulam de Ossibus S. Sebastiani Mart. 20. Ian.
Spectabilem partem de Ossibus Decem millium Martyrum. 22. Iun.
De Ossibus IV. Coronatum Martyrum. 8. Nou.

De Ossibus Sanctorum { *Christophori* 25. Iulij. / *Oswaldi Regis* 5. Aug. / *Valentini* * / *Martiniani* 2. Iulij. / *Primi & Feliciani* 9. Iunij. / *Cantij & Cantiani* 31. Maij. / *Exuperij* * / *Lucinij* 7. Aug. } Martyrum.

De Calceo S. Adalberti & Episcopi & Martyris 23. April.
De Vestibus S. Bonifacij Episcopi & Martyris. 5. Iun.

IV. CARO-

IV.



CAROLVS Quartus Romanorum Imp. adfectum ſuum erga *D. Dionyſium* primum Vrbis Auguſtanæ Epiſcopum oſtendere volens, hanc ipſius imaginē argenteam inauratam Pragâ Auguſtam dono miſit Anno MCCCLIV. cui *Caput Dius* huius incluſum fuit atq; etiam hodie eſt, inſculptis ad oram Imaginis his etſi rudibus ad morem illius ſeculi, plenis tamen pietate verſibus.

Anno

* *Metrum sic lege.*
Anno Millens Centeno ter numerato,
Cum quinquageno numero quarto simul anno.

Ann M C ter nuato
Cum L nuo IIII. simul' anno
Karulus est Quartus regnans hoc nomine dictus
Qui dedit ornatum Sanctis petit hunc fore gratum
Huic est inclusus Terræ Dionisius huius
Præsul deuotus, vita quam nomine notus.

Reliquarum huius Diui Translationis annuersaria memoria colitur IV. Calend. Martij.* Extat hodie Bulla *Alexandri* Papæ IV. qui pro eodem die huic Eccleſiæ XL. annorum Indulgentias conceſſit Anno ſui Pontificatus IV.*

* *Die 26. Feb.*

* *Anno C. 1258*

V.

HILARIA, cuius hæc argentea imago est, Cypria genere, Mater fuit D. Afræ & Soror D. Dionysij Episcopi Martyrum. Cum alijs Martyrij socijs XII. Augusti, quo die festiua eorum memoria colitur, supplicio affecta & hoc loco sepulta fuit. Eius Caput sub Eginone Abbate repertum antiqua produnt monumenta. Ossium præcipua pars ad D. Virginis ædem principem, iam olim translata magno ibi cum honore adseruatur, habeturq;

beturque eius memoria quotannis sollennior, quod Clerus Augustanus olim ob Religionem Vrbe pulsus post decennale Exilium eius Natali die restitutus fuerit Anno M D X L VIII. Caput argenteum Pes ligneus sustentat, cuius Cistella has in se habet Reliquias.

De Capite S. Hilariæ
De Capite S. Eutropiæ

De Ossibus Sanctarum:
- *Pinnosæ è Societate S. Vrsulæ* 21. Octob.
- *Richildis* cuius Corpus asseruatur in Monasterio Religiosarum Virginum in Summontorio vulgò Hohenvvart. 23. Aug.
- *Christinæ* V & M. 24. Iulij.
- *Bibianæ* V. & M. 2. Decemb.
- *Helenæ Imperatricis* 18. August.
- *Marthæ Hospitæ Christi* 29. Iulij.
- *Elisabethæ Viduæ* 19. Nou.

De Dente S. Mariæ Magdalenæ 22. Iulij
Duo fragmenta Ossium è Societ. S. Vrsulæ 21. Octob.

VI. Diuæ

VI.

Diuæ AFRÆ Martyris, cuius corpus integrum Aræ inclusum jam supra insinuauimus, Imago argentea in se cõtinet.

Partem notabilem de Arbore siue stipite cui Diua Martyr alligata per Ignem Martyrij palmam promeruit.

IV

VII.

DIua DIGNA Martyr ex Puellis S. Afræ præcipua eidem in peccato primùm, deinde in Conuerſione, demùm in Martyrio ſocia fuit. Eius Corpus Vdalſcalco quondam Abbate præſidente inuentum eſt V. Id. Iulij in arcâ ligneâ, vbi hoc memoratu dignum accidiſſe legitur. Cum nullum appareret ſcripturæ indicium cuiuſnam illud Corpus eſſet, Conuerſus quidam Gerungus nomine, homo rectus ac pius reliqua diligentiùs per-

scrutans repperit tandem plumbeam laminam cui insculpta erant hæc Verba

CORPVS SANCTÆ DIGNÆ MARTYRIS.

Quam cum lætus ad Abbatē detulisset, ille eam religiosè deosculatus molaribus suis reuerenter applicuit, à dolore dentium quo diu laborauerat mox liberatus fuit.

In hac argenteâ Diuæ Imagine sequentes habentur Reliquiæ

Duæ dimidiæ Costæ } de eadem D. Martyre.
Articulus digiti }

De Ossibus & sepulchro S. Barbaræ V. & M. 4. Decemb.

De Ossibus Sanctarum

Agnetis V. & M.	21. Ianuar.
Ottiliæ V.	13. Decemb.
Gertrudis V.	17. Mart.
Catharinæ V.	25. Nouemb.
Emerentianæ V. M.	23. Ianuar.

De digito S. Vrsulæ V. & M. 21. Octob.
De Crinibus S. Claræ V. 12. August.

VIII.

DIua EVNOMIA altera ex Puellis S. Afræ Martyris hîc loci ſepulta eſt, cuius argenteo ſimulacro hæ reliquiæ incluſæ habentur

Pars notabilis de Maxilla
Alia de Cranio
Item Dens
Item alia particula de Oſſibus

} S. Eunomiæ

Duo

Duo dentes de S. Eutropiâ
De S. Margaretâ V. & M. 12. Iulij.
De Ossibus S. Christinæ V. & M. 24. Iulij.

Diua

IX.

DIua EVTROPIA ex tertia ex puellis S. Afræ idem cum *Hilariâ, Dignâ, Eunomiâ* Martyrium pertulit. Eius sacra Ossa cum reliquis Diuarũ Dignæ & Eunomiæ sub Embricone Episcopo cùm Ecclesia S. Vdalrici restauraretur Prid. Id. Aug. plumbeo Sarcophago inclusa reperta fuêre, quorum pars maior ad Monasterium S. Stephani Protomartyris à Diuo quondam *Vdalrico* constructum translata, reliqua in Sacello quodam huius Eccle-

siæ recondita fuêre. In hac eius argentea imagine hæc sunt.

Pars spectabilis de Cranio
Duo fragmenta de Maxillâ
Quatuor dentes molares
Item alij sex dentes
} S. Eutropiæ.

De sepulchro S. Catharinæ V. & M. 25. Nouemb.

X.

CAput hoc eleganter ornatum Diuæ *Agapes* est Martyris ex numero eorum qui eodem cum Hilariâ die quamuis diuerso supplicij genere passi sunt.

XI.

CRanium cuiusdam Martyris è Societate S. Afræ, cuius Nomen hodie ignoratur. Nam cùm plurimi Martyres eodem tempore necati fuissent, hoc loco velut in communi Cæmiterio terræ mandati fuêre; Quorum Ossa posterioribus seculis effossa ac reperta distingui non potuerunt, ideo Maiores nostri ea in vnam Diuæ Afræ Martyris præcipuæ Societatem retulêre.

XII.

ALiud hoc ex eâdem Diuæ *Afræ* Martyris Societate *Cranium* est, cuius Nomen in Cælo notius quam in terris.

XIII.



I. IN hac ligneâ argenteis reticulis ornatâ Pyramide duo continentur diuersæ magnitudinis Ossa

E Societate S. Afræ Martyris.

II. Effigies Christi Seruatoris nostri in statu patientis instar Sacræ Agni Dei imaginis efformata & ornata, in cuius pede sunt Reliquiæ

De Ossibus { *S. Gereonis Mart.* 10. Octob.
S. Theodori Mart. 9. Nouemb.

III. Effigies Diuæ Matris in statu dolentis priori correspondens, in cuius pede sunt reliquiæ

De Ossibus S. Romani Martyris Gerundensis & Socij
S. Felicis Doctoris eiusdem Ecclesiæ 1. Aug.
De lapidibus S. Stephani Protomartyris. 26. Dec.



XIV.



I. ALtera Pyramis priori per omnia conformis in ſe habet itidem duo Oſſa

E Societate S. Afræ Martyris

II. Effigies Chriſti ſuperiori non abſimilis in cuius pede incluſæ ſunt particulæ

De Oſſibus S. Clementis Papæ & Mart.	23. Nouemb.
De Oſſibus S. Calliſti Papæ & Mart.	14. Octob.

III. Effigies Diuæ Virginis Deiparæ in quâ continentur Reliquiæ

De Capite S. Quiriaci Mart.
De Capite & Ossibus S. Largionis Mart. } 12. Aug.



XV. In-

XV.

INtegrum Caput S. *VVictherpi* Confeſſoris & Epiſcopi Auguſtani cum Mitrâ Pontificali multis vnionibus auro & gemmis artificiosè diſtincta quam pro ſuo erga Diuos huius Templi Patronos affectu Generoſa & illuſtris Matrona Domina *Veronica Fuccarina* Baroniſſa in *Kirchberg & VVeiſſenhorn*, Domina in *VVelden* fieri curauit. Reliqua huius Diui Oſſa in Arâ Sacrarij collocata conſpiciuntur, vt ſupra meminimus.

XVI.

S. SIMPERTVS EPS.
Et Patronus Augustanus.

DIuus SIMPERTVS Episcopus Augustanus, quem hæc Imago argentea pectore tenus faberrimè elaborata refert, multis miraculis in hodiernum vsque diem claruit. Vnum inter cetera hoc loco narrandum. Rapuerat puerulum lupus, eumq; voraturus in Syluas se abdiderat; Mater filium desiderans nec inueniens Simpertum inclamat Patronum & mox sentit; Nam ecce post horas aliquot Lupus Infantem illæsum refert, & illicò velut

velut malè sibi conscius pristinas repetit latebras. Posteri rem miram notarunt, & Diui Præsulis Imagini Lupum puerum ore ferentem addiderunt. Sub Imagine Theca est varijs Reliquijs referta, sunt autem hæ;

Os de S. Simperto
De Capite eiusdem
Duæ Costæ de S. Nidgario
Quinq; fragmenta de Ossibus S. *Adalberonis*

De Ossibus Sanctorum

Gregorij Papæ		★
Marci Papæ		7. Octob.
Martini	Confessorũ Pontificum	11. Nouemb.
Nicolai		6. Decemb.
Remigij		1. Octob.
VVilibaldi		7. Iulij.
Corbiniani		8. Septemb.
VVolfgangi		31. Octob.
Pirminij		3. Nouemb.
Albini		★
Joan. Chrysostomi		27. Ianuar.
Maximini		29. Maij.
Anastasij		★

De dextro pede S. Hieronymi 30. Septemb.
De Dalmaticâ S. Vdalrici 4. Iulij.
De Casulâ S. Augustini. 28. Aug.

XVII. In-

XVII.



INtegrum Caput Diui *Simperti*, quod eius honori augendo Illustris ac Generosa Domina *Maria Fuccarina* ex Illustri Comitum de *Schvvarzenberg* prosapiâ progenita hac pretiosâ Mitrâ exornari fecit.



XIIX.

CAput S. *Nidgarij* Episcopi & Confessoris Augustani cum Mitrâ non minus eleganti quam pretiosâ, quam Nobilis ac Magnificus Dominus Ioannes Christophorus Ilsung Patritius ac Septemiur Augustanus ex auitâ erga Patronos huius Loci pietate eidem imponi curauit.

XIX.

CAput integrum S. Adalberonis Episcopi & Confessoris Augustani, quod augendo tanti Viri Honori pij ac deuoti quidam hac Pontificali Mitrâ ex vnionibus contextâ decorari fecerunt.

XX.

S. VDALRICVS . EPS
Et Patronus Augustanus

DIuum VDALRICVM Episcopum exhibet hæc Imago cuius speciem hoc loco explicare ex vitæ historiâ visum operæ pretium: *Quodam tempore cùm Sanctus Pontifex cum felicis recordationis Antistite Constantiensi beato Conrado die Iouis apud sanctam Afram cænaturus consedisset, ambo de cælestibus rebus continuum habentes sermonem, corruptibilis immemores cibi, spiritu refecti, vsque in sequentem sextam feriam diuina habuère colloquia, non appositas attendentes carnes. Vnde contigit*

Baio-

Baioariæ Ducum baiulum quendam sanctum accedere virum, cui, absoluto re quo venerat negotio, abeunti carnis frustum dedit, non aduertens sextæ obseruantiam feriæ. Qui nuntius Dominum adiens proprium, volens, malitiâ stimulatus, sanctos diffamare Episcopos quasi sextâ à carnium esu feriâ non abstinuissent, in testimonium illico carnis partem à Sancto viro acceptam protulit, & ecce dictu mirabile, species carnis in piscis speciem est conuersa, temerarij arguens baiuli detractionem, & sanctorum ostendens innocentiam. Quâ de causâ glorioſi effigiei Pontificis piscis in perpetuam huius miraculi memoriam conjungitur.

Basis hujus Imaginis has continet reliquias

De *Capite, Crinibus, Manipulo, Stolâ, Dalmaticâ, Casulâ, Sudario, Tunica nocturnâ* } S. Vdalrici

Notabilem partem de Capite S. Severi Episc.	*
De Capite S. Anscharij Episcopi Bremensis	3. Febr.
Articulum digiti de S. Conrado Episcopo	26. Nou.
De ossibus S. Arsacij Confessoris	16. Aug.
Duas Costas de S. Thossone Episcopo Augustano	
De Camisia, Cucullâ & Cilicio Petri Cælestini	19. Maij.
De Stolâ S. Annonis Archiepiscopi Colonienſis	4. Decemb.
De vestibus S. Caroli Borromei	4. Nouemb.
De Casulâ B. Alberti Magni nuperrimè à Gregorio XV. Pont. Max.	

Diuis accensi.

De ossibus Sanctorum	*Fortunati*	Episcoporum	*
	Martialis		30. Iunij.
	Quiriaci		23. Aug.
De Capite S. Eusebij.			14. Aug.
De Sepulchro S. Martini			11. Nouemb.
De Sedili & Sepulchro S. Hieronymi			30. Septemb.

XXI.

CVm Anno Christi C M L V. Vngarorum innumerabilis multitudo Germaniam infestaret, & Baioariâ totâ vastatâ Augustam graui obsidione premeret, Diuus *Vdalricus* Episcopus Vrbi pro muro fuit. Is de salute suorum Ciuium anxius optimi Pastoris officio functus orando, hortando, consulendo omnibus prospexit, Viros in prælium, Mulieres ad preces & supplicationes excitauit. Ipse spem ac fiduciam in Deo ponens insom-

nes aliquot in oratione duxit noctes; mane sub primâ luce sacris operatus omnem etiam populum cœlesti pane reficit. Crebris velitationibus cum hoste interfuit non militaribus armis verum sacerdorali stolâ tectus, securus & illæsus inter medios telorum iactus. Quadam ergô die parvam ab Angelo de Cœlo portatam accepit Crucem victoriæ certò obtinendæ argumentum. Venit interea & approperat Imperator Magnus ille Otho cum valido exercitu, & prælium in die S. Laurentij commissurus facto prius voto sacrâ communione à Diuo Vdalrico instruitur. Itur mox in hostem, & sequitur victoria quâ Barbari non solùm repressi, sed penitus extincti fuêre, non tam Othonis armis quam Vdalrici precibus & Sanctitate.

Crucem hanc D. Vdalrico de Cœlo missam Maiores nostri in magnâ semper veneratione habuerunt, eaque in hodiernum usq; diem religiosè in hoc loco adseruatur, & immeritò aliqui de illâ dubitant, quod à multo tempore nemini visa fuerit, aio enim eam & videri posse & visam esse. Certè ex antiquo Codice MS. habemus Anno MCCCCLXXXIV. Legatos ab Episcopo Gnesnensi Polono Romam missos Augustæ sacras visitasse Reliquias & hanc Crucem singulari pietate veneratos esse, affirmantes eius famam in plerisq; Poloniæ Ecclesijs notam ac celebrem esse. Clauditur alia Cruce ex auro puro ac gemmis pretiosissimis ornatâ cum tali inscriptione.

SACROSANCTAM. HANC. VICTORIÆ. CRVCEM. AB. ANGELO. COELITVS. DIVO. VDALRICO. PORTATAM. D. IOANNES. DE. GILTLINGEN. MONASTERI S. VDALRICI ET. AFRÆ. ABBAS. HIC. OCCLVDI. ET. EXORNARI. CVRAVIT. DICAVITQ. ANNO. MCCCCXCIIII.

Crux S. Vdalrici.
Adolf Kilian Fecit.
XXI



XXII.

XXII
Aurrhi rubigem.
Hospitii Peregrinos
Sanat febres.
Levat Partum.
CALIX
SALVTIS

INter præcipua monumenta Nobis à D. *Vdalrico* reli
Calix iſte meritò cẽſendus eſt. Fama eſt eo D. *Vdalrico*
in Sacrificijs vsũ, imò & ijs quibus, vt ex vitæ hiſtoria ha
bemus, dextra Dei viſibiliter ſupra ſacrificantẽ bis appa
ruit. Ceterùm mortuo Viro Sancto Calix iſte eodem cũ
ipſo tumulo, vt moris eſt, cõditus fuit, ac rurſus reperta
Anno MCLXXXIII. magno certè mortaliũ beneficio.
Nã ægris ac præſertim febri laborãtibus, qui ex eo bibũt
medetur; Exẽpla ſunt quotidiana. Fœminis in partu la
borantibus vinum ex hoc Calice potum lenimen ſæpe
tulit. Datur etiam hujuſmodi vinum morſis à rabioſis
animalibus ne rabidi fiant, & à noxâ ſeruantur. Quin et
iam peregrinaturi & iter facturi ex hoc Calice biberunt
& proſperos ſucceſſus habuiſſe, & in periculis ſeruatos
fuiſſe ſæpius animaduerſum fuit. Atqui ſcire te oportet
Lector, iſta non lege aliquâ fieri, ſed fructus eſſe affectus
& pietatis erga Diuum, in cuius nomine Deo permit
tente & faciente mira hæc eveniunt.

Affectum hunc habuit & oſtendit Magnus Cęſar Fer
dinandus II. Rom. Imp. P. F. Aug. qui Anno MDC XII
* cum Sereniſſimis Principibus *Maximiliano* Comite Pa
latino Rheni vtriuſq; Bauarię Duce, hodie S.R.I. Archi
dapifero ac Septemuiro Electore, &c. *VVolfango VVilhel
mo* Comite Palatino Rheni, Duce Bauariæ, Iuliacẽſi, Cli
uienſi ac Montium &c. *Alberto* Comite Palatino Rheni
vtriuſq, Bauariæ Duce, nec non RR.mis & Ill.mis Principi
bus *Joanne Chriſtophoro* Eichſtadienſi, *Henrico* Auguſtano E
piſcopis ad diem XXIX. Septemb. Calicem D. Vdalr
ſummâ cum reuerentiâ veneratus eſt & ingeniculando
ex eo bibit.

* *Francofur-
to vadux.*

Calici Dens quidam eiuſdem Diui *Vdalrici* annexu
eſt, qui vino potando immergi ſolet. Inſcriptio antiqua
legitur talis

Hic datur Antidotum quod curat jam morituram
Lege ſacerdotis ſtetit hoc vas pectore Patris.

XXIII. Ca

XXIII.

CVm supradicto Anno MCLXXXIII. Ossa S. Vdalrici perdita effoderentur, repertæ sunt vnâ cum ijs sacræ vestes adhuc integræ postquam CCX. annis in terrâ defossæ jacuissent; Inter eas erant

Casula
Stola
Manipulus

XXIV.

PRæter ſupradictas veſtes etiam *Dalmatica* inuenta fuit antiquæ formæ, cuius Icona hîc cernere licet.

Tam Caſula quam Dalmatica tantæ ſunt longitudinis vt Sanctum Virum ſat proceræ ſtaturæ fuiſſe arguant.

XXV.

TAbula argentea hæc est, quam sacrarum Reliquiarum honori quidam Vir Nobilis fieri curauit cum Inscriptione tali.

Adiuua S. Virgo Catharina

Dignissimis Beatorum Reliquijs ex Nobilium de Zilnhart prosapiâ cretus VVolfgangus rei militaris ac vtriusq; Iuris Titulis illustratus Ecclesiæq; Augustensis Decanus, in libri Missalis doctâ Fratris Leonardi Currificis manu exarati recompensam faciundum curauit Anno Domino MDVI.

Reliquiæ hìc numeris distinctæ hæ adsunt.

I. *Sudarium S. Vdalrici* quod moriens ad caput habuisse fertur.

II. *De vexillo S. Vdalrici* quo in Bello contra Vngaros usus traditur.

III. *Pecten S. Vdalrici.*

IV. *Pecten S. Conradi.*

NOTA.

Episcopos iam olim sacrificaturos capita pectere solitos tradit Durandus; * Eius verba sunt: *Pecten enim propter ordinatam in incisionibus diuisionem, discretionem significat, quâ intentio animæ adornatur, sicut capilli capitis pectine adornantur.* Et in fine: *Crinium igitur,* inquit, *manuum & facies ornamenta non sunt voluptatis oblectamenta, sed in figuram à Domino sacerdotibus legis iniuncta.* Nemo igitur miretur Sanctos hos Viros Pectinibus vsos.

* *Durand. lib. 1. c. 3. Ration. Diuin. offic.*

V. *Tres Catini lignei* S. Vdalrici cum *uno Operculo* quibus iste Diuus secularis pompę contemptor in vitâ usus fuisse legitur.

Horum Catinorum Religionem attestantur partium frequentes abscissiones, quas animæ piæ nonnunquam pio furto, dum monstrarentur, exportauerunt.

XXVI.



CHristi Domini in Cruce pendentis Simulacrum fer pedum & semis cum hac inscriptione.

CRVX CHRISTI
SALVA NOS ✝ PROTEGE NOS
DEFENDE NOS.

CHRISTO. SERVATORI. QVI. IN. CRVCE. MORIENS. DE. MORTE. TRIVMPHAVIT. HANC. EIVSDEM. VIVIFICÆ. CRVCIS. IMAGINEM. DNS. IO. ANNES. ABBAS. FIERI. CVRAVIT. DICAVITQ. EV. ANNO. POST. CHRISTVM. NATVM. MILLESIMO. SEXCENTESIMO. VIGESIMO. PRIMO. SVI. REGIMINIS. VIGESIMO. PRIMO.

In basi sequentes continet Reliquias

Aliquot particulas de Ligno S. Crucis.
Particulam de Spineâ Coronâ Christi.
De Vestimentis Christi.
De Mappa mensali Christi.
De cœnaculo Christi.
De candelabro stante in Dominico Sepulcro.
De Sepulchro Christi.
De loco vbi Christus ter orauit in Monte Oliueti.
De loco vbi Christus fleuit super Hierusalem.
De loco vbi Christus in deserto 40. diebus ieiunauit.
De loco vbi Dominus apparuit Jacobo post Resurrectionem.
De Monte Thabor.
De loco in quo Christus captus est.
De loco vbi Christus natus est.
De loco ubi nata est B. Virgo Maria.
De loco Salutationis Angelicæ.
De loco Crucifixionis Christi.
De loco vbi inuenta S. Crux.
De Monte Syon.
De loco vbi fuit præsepe Domini.
De loco vbi Dominus ascendit in Cælum.

XXVII

XXVII.



I. In hac Christi Crucifixi Imagine continentur Particulæ

De Columna flagellationis Christi

De Virgâ Aaron

II. In hac Tabulâ sunt Reliquiæ

De Ossibus S. Marcelli Papæ & Mart. 16. Ian.

De Ossibus S. Callisti Papæ & Mart. 14. Octob.

III. Ista continet particulas

De Ossibus S. Pantaleonis Mart. 17. Julij

De Ossibus S. Viti Mart. 15. Junij.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XXIIX.

1. IN hac Cruce argenteâ, quam Dominus Ioannes de Hohenstein Abbas Anno MCCCCLII. fieri curauit, continẽtur

Duæ particulæ de Ligno S. Crucis
De Spongia Domini
De Sudario Domini
De Titulo superpoſito Cruci
De ſpineâ Coronâ

II. In

II. In hâc Arculâ argenteâ inclusæ sunt reliquiæ
De Ossibus & Vestibus S. Petri Apostoli

Item de Ossibus Sanctorum { *Pauli* / *Jacobi Maioris* / *Iacobi Minoris* / *Andreæ* / *Philippi* / *Thomæ* / *Simonis* / *Matthæi* / *Matthiæ* / *Bartholomei* / *Barnabæ* / *Lucæ Euangelistæ.* } Apostolorum

De Cruce S. *Andreæ.*

III. In istâ Tabulâ eburneâ satis antiquâ fragmentum est
De Mensâ S. *Birgittæ* 23. Iulij.

XXIX.

I. IN hac Cruce argenteâ quam D. Iacobus Köpplinius Abbas fieri curauit sunt particulæ.

De S. Cruce.
De Præsepio Domini.
De *Hydriis in Canâ Galileæ.*
De *Columnâ Flagellationis Christi.*
De *Sepulchro Christi.*

II. Crux parua lignea argenteo pede sustentata, quales Peregrini Hierosolymis adferre solent, in quâ habentur

Particulæ XLII. de varijs locis Terræ Sanctæ.

III. In hac argenteâ capsulâ seruantur Reliquiæ.

De Carne & Ossibus S. Laurentij Mart. 10. Aug.
De Cranio & Ossibus S. Pancratij Mart. 12. Maij
Dens S. Felicis Mart. *
Dens S. Christophori Mart. 25. Iulij
Tres dentes de Sanctis ex Societate S. Afræ Mart. *

De ossibus Sancto-rum *Adriani, Pantaleonis, Cassiani, Hippolyti, Quirini* Martyrum — 17. Iulij, 13. Aug., 13. Aug., *

IV. In hoc argento vasculo continetur.

Articulus digiti de S. Valentino Mart. 14. Feb.

XXX.

I. IN hac argenteâ Hierothecâ factâ Anno MCCCCLIV. inclusa sunt.

Duo fragmenta de Ligno S. Crucis. Fama est ea olim siue casu siue studio in ignem proiecta illæsa sponte resilijsse.

Item particula de *Miraculosâ Cruce Carabucensi* ex Indijs ad nos transmissâ.

II. In hac argenteâ D. Martyris Afræ imagine insunt Reliquiæ
De Ossibus & Crinibus S. Cunegundis Virg. & Imp. 3. Martyr.
De Cingulo S. Afræ Mart. quod parturientibus sæpe solatio fuit.

III. In hac argenteâ D. Agnetis Virg. effigie est
Pars de Cranio S. Agnetis V. & Mart.
Item Os de Societate S. Afræ Mart.

XXXI.

RELIQVIÆ DE COLVMNA FLAG: CHRI. SPINEA CORONA etc.

I. IN hac alterâ Hierothecâ argenteâ expensis Ioannis de Giltlingen Abbatis factâ Anno MCCCCLXXXVIII. adseruantur.

Spectabilis pars *de Basi columnæ marmoreæ* cui Christus flagellis cædendus alligatus fuit.

Particula de Spineâ Coronâ Christi.

II. In hac crucifixi Imagine particula est.
De IV. Coronatis. 8. Nouemb.

III. In hac rursus Christi crucifixi Imagine Reliquiæ sunt.
De Societate S. Achatij Mart. 8. Maij.

XXXII.

ARgentea Diuę Matris Imago cum Chriſto & Ioanne Pueruli colludentibus pulchrè elaborata cum Inſcriptione.

DIVÆ. MARIAE. COELI. REGINAE. VIRGINI. INCOMPARABILI. MATRI. DEI. OMNI. HONORE. DIGNISSIMAE. HANC. IMAGINEM. IOANNES. ABBAS. FIERI. CVRAVIT. CONSECRAVITQ ANNO. AB. EIVS. PARTV. M.DC. XIX. SVI. REGIMINIS. XIX.

Reliquias

Reliquias in se habet.

De Crinibus & Sindone B. Virg. Mariæ.	
Notabilem partem de Capite S. Ioannis Baptistæ.	
De S. Victoriâ Virg. & Mart.	23. Decemb.
De S. Mariâ Magdalenâ.	22. Iulij
De S. Catharinâ Virg. & Mart.	25. Novemb.
De S. Agnete Virg. & Mart.	21. Ianuar.
De S. Ioanne Papâ & Mart.	27. Maij.
De S. Cosmâ Mart.	27. Sept.
Duo fragmenta de Cranio ex Soc. S. Vrsulæ.	21. Octob.

XXXIII.

ALia Diuæ Virginis Mariæ imago argentea inaurata, quam Dominus Conradus Mörlinus Abbas raro artificio fieri curauit, has continet Reliquias;

De Peplo
De Veſte
De Oleo miraculoſo } B. Virginis Mariæ.
De Lacte
De Sepulchro



XXXIV.



IN hac argenteâ Diui Ioannis Baptistæ Effigie hæ continentur Reliquiæ.

De Ossibus S. Joannis Baptistæ
De loco vbi idem natus est
De loco vbi Christum baptisauit
De S. Iosepho Sponso B. Virginis
De Ossibus trium Regum

De Ossibus Zachariæ Prophetæ
De Ossibus Danielis Prophetæ
De Virgâ Moysi
De Virgâ Aaron
De Mensâ Seruatoris nostri.

XXXV.

I. IN hac tabulâ argenteâ sunt
Vndecim particulæ de SS. *Innocentibus.*
Particula de Corpore S. *Simonis Tridentini pueri.* 24. Martij.
Duæ particulæ de S. *Cruce.*

II. In hoc argenteo brachio cui hìc versus inscriptus
Agnum Baptistæ Digitus monstrauerat iste
adseruantur Reliquiæ

De Digito & De Capite } S. Joannis Baptistæ

III. Aliud Brachium argenteum cui hæc verba inscripta.

Anno Domini MDVI. Sanctorum Leopoldi ac Maximiliani Reliquiæ huc per Diuum Maximilianum Cæsarem Augustam transmissæ hic continentur,

in se habet

Dentem molarem de	*S. Maximiliano*	12. Octob.
Dimidiam Costam	*de S. Colomanno*	8. Iulij.
Item aliud Os	*de S. Colomanno*	8. Iulij.
De Ossibus Sanctorū	*Leopoldi*	15. Nouemb.
	Oswvaldi	5. Aug.
	Henrici	14. Iulij.
	Sigismundi	1. Maij.

XXXVI.



I. ARgentea theca noua in quâ habetur
De Sanguine Apoſtolorum Petri & Pauli.
De Sanguine S. Bonifacij Mart. 14. Maij.
De Sanguine S. Quirini Mart. 30. Mart.

II. In hoc argenteo vaſculo continetur
De Corpore S. Viti Mart. 15. Iunij.
De SS. Innocentibus. 28. Decemb.

III. In

II. In isto argenteo vasculo sunt reliquiæ
De Legione Thebeorum Mart.
Item de Lacte B. Virginis.

22. Septemb.



XXXVII.

IN hac argenteâ Diui Ioannis Euangeliſtæ Imagine diuerſæ ſunt Reliquiæ, videlicet

De Veſtibus & Sepulchro S. Joannis Euangeliſtæ.

De oſſibus Sanctorum *Petri, Matthiæ, Matthei, Bartholomei* } *Apoſtolorum*

De Ossibus Sanctorum { *Jacobi* / *Andreæ* / *Thomæ } Apostolorum.

De loco ubi Apostoli Spiritum Sanctum acceperunt.
De loco vbi per Apostolos Symbolum fuit concinnatum.
De loco vbi Philippus Eunuchum baptizauit.

XXXVIII.

IN hac Tabulâ sat grandi argento eleganter ornatâ paucæ sed illustres continentur Reliquiæ.

Dens de S. Joanne Baptistâ.
Dens de S. P. N. Benedicto.
Dens de S. *Sebastiano Mart.*

Item alia insignis particula *de Ossibus* S. *Sebastiani.*



XXXIX.

ISTud D. Patris noſtri *Benedicti* ſimulacrum argenteum inauratum ſequentes in ſe habet Reliquias.

Os Gutturis de S. Benedicto Abbate à R.mo & Ill.mo Principe ac Domino D. *Franciſco Gulielmo* Epiſcopo Oſnabrugenſi, Comite de VVartenberg &c. nuperrimè dono datum.

De Vepribus S. Benedicti.

De Speleo in quo idem latuit. 21. Mart.

De Ossibus Sanctorū	*Mauri*	Abbatum	15. Ian.
	Galli		16. Octob.
	Antonij		17. Ian.
	Leonardi		6. Nouemb.
De Cuculla & Baculo S. *Magni.*			6. Septemb.
De Vestibus S. *Bernardi.*			20. Aug.
De Ossibus Sanctorum	*Columbani*	Confessorum	21. Nouemb.
	Jodoci		13. Decemb.
	Alexij		17. Iulij.
De Tunica S. *Francisci.*			4. Octob.
De Veste & Crinibus S. *Dominici.*			4. Aug.
De Vestibus S. *Henrici Imp.*			14. Iulij.

XL.

D. *Placidi* Martyris Imago argentea Munus à Nobili familiâ Veldkirchensi Freyorum his Reliquijs referta est.

De Ossibus S. Placidi Mart. 5. Octob.
Osse de Decem Millibus Mart. 22. Iun.
Dente molari S. Quiriaci Episcopi & Mart. Hierosol. 4. Maij.
Osse de Societate S. Afræ Mart.

De Os-

De ossibus Sanctorum

Dionysii Areopagitæ.	Martyrum.	9. Octob.
Dionysii Primi Episc. August.		26. Febr.
Vrbani Papæ.		25. Maij.
Erasmi.		25. Nouemb.
Alexandri Papæ.		3. Maij.
Narcissi Episcopi Hierosolymit.		29. Octob.
Seueriani.		★
Maximi.		★

XLI. Cru-

XLI.



CRanium hoc est ex *Societate* S. *Vrsulæ* Virg. & Martyris, quod ex Monasterio Monialium Ordinis S. Benedicti in Hohenvvart Augustanæ Diæcesis iam olim ad hunc locum legitur fuisse translatum.



I.

II.

III.

XLII.



I. IN hoc argenteo vaſculo Reliquiæ ſunt
De S. Floriano Mart. 4. Maij.

II. In hac antiquâ Arculâ ſeruantur Reliquiæ
De Societate S. *Afræ Mart.*

III. In hac Arculâ priori æquali inſunt Reliquiæ
De Societate S. *Vrſulæ Virg. & Mart.*



XLIII.

IN hac eleganti Tabulâ permultæ sunt Reliquiarum particulæ, videlicet

De panniculis Christi Jesu.
De Lacte
De Syndone
De Sepulchro
De loco Dormitionis
} Beatæ Virginis

De Ossibus S. *Hermagoræ Patriarchæ & eius Diaconi Fortunati.* 12. Iulij.

De Ossibus S. *Anscharij Episcopi Bremensis.* 3. Feb.

De Ossibus Sanctorum

Nidgarij	Confessorum Pontificum	14. April.
Mariani		19. Aug.
Arsacij		16. Aug.
Fortunati		14. Octob.
Nicolai		6. Decemb.
Lazari		17. Decemb.
Erhardi		8. Ianuar.
Martini		11. Nouemb.
VVolfangi		31. Octob.
Ruperti		27. Martij.

XLIV. In

XLIV.



In hac argenteâ Tabulâ repoſitus eſt
Dens de S. Blaſio Epiſcopo & Martyre. 3. Febr.
Item Particula *de ſacrâ veſte S. VVolfgangi* Epiſcopi Ratisbonenſis, quâ indutus ante paucos annos repertus fuit, cùm in eâ annos DLXXVII. latuiſſet.

XLV. In



XLV.



IN huius Tabulæ Ciſtellâ Reliquiæ ſunt.

De SS. Innocentibus. 28. Decemb.

Os de Legione Thebæorum Mart. 22. Septemb.

De Oſſibus Sanctorum *Hyppoliti*, *Victoriæ*, *Hemiterij*, *Martiniani* } Martyrum 13. Aug. ★ 3. Martij. ★

V XLVI. De oſ.

De Ossibus Sanctorum

Alexandri ★
Laurentij ★
Felicis ★
Dionysij Episc. ★
Emerammi Episc. 22. Septemb.

} Martyrum

XLVI.

ISthæc Tabula in se continet Reliquias

De Societate S. Afræ Mart. 10. Octob.

De Societate S. *Gereonis Mart.* ★

De ossibus Sanctorum
Justi
Georgij
Quiriaci
Chrysogoni
} Martyrum 23. April. ★ 24. Nouemb.

De ossibus Sanctorum — *Stephani Proto Mart.* — Martyrum * — 26. Decemb.
Petri — Martyrum * — 16. Martij.
Cyriaci Diaconi — Martyrum * —



XLVII.



IN hac argenteâ antiquâ Tabulâ sunt Reliquiæ de Sanctis quatuor Ecclesiæ Doctoribus

Ambrosio	7. Decemb.
Hieronymo	30. Septemb.
Augustino	28. Augusti.
Gregorio	12. Martij.

XLVIII.

I. IN hac Tabulâ continetur
Os de Societate S. Achatij Mart. 8. Maij.

II. Isthæc Sacra Agni Dei Imago in suo pede habet
De Ossibus S. Ægidij Abbatis. 1. Septemb.
De Cuculla S. Bernardini Ord. Min. 20. Maij.

III. Huic

III. Huic Agno Dei insertæ sunt Reliquiæ

De S. *Paulo Primo Eremitâ.* 10. Ianu.

De Cilicio S. *Simeonis Monachi.* 1. Iun.

XLIX. I. In

XLIX.



I. IN huius argenteæ Tabulæ scrinio seruatur
Os de Societate S. Vrsulæ V. & M. 21. Octob.

II. Sacra Agni Dei Imago cum Reliquijs
De Ossibus S. Galli } Abbatum 16. Octob.
De Ossibus S. Mauri } 15. Ianuar.

III. Alia Sacri Agni Imago cum Reliquijs.

De ossibus S. Alberti Confessoris. 7. Aug.

De Veste S. Sabbæ Abbatis. 5. Decemb.



L.

I. IN Thecâ huic Tabulæ ſubiectâ continentur particulæ

De Oſſibus Sanctorum

Dionyſij Epiſcopi Auguſtani & Mart.	26. Febr.
Fabiani Papæ & Mart.	20. Ian.
Vrbani Papæ & Mart.	25. Maij.
Blaſij Epiſcopi & Mart.	3. Febr.
Item de Societate S. Mauritij Mart.	22. Sept.
De SS. Innocentibus	28. Decemb.

II. Agnus Dei cum particula.

De Ossibus S. Kiliani Pont. & Mart. 8. Iulij.

III. Agnus Dei cum particulis ossium.

De SS. Colomanno & Totnano. 8. Iulij.

LI.

I. IN huius Tabulæ pede repositæ sunt Reliquiæ

De Ossibus Sanctorum	*Cordulæ*	Virginum & Mart.	22. Octob.
	Agathæ		5. Febr.
	Agnetis		21. Ianuar.
	Luciæ		13. Decemb.
	Richildis Virginis cum Dente.		22. Augusti.

II. Agnus Dei cum Reliquijs.

De S. Dorotheâ Virg. & Mart. 6. Febr.

III. Agnus Dei alter cum Reliquijs.

De Sanctis *VValpurgâ* & *Gertrude* Virginibus 1. Maij. 17. Martij.

NOTA.

Plures aliorum Sanctorum adesse Reliquias, quorum Nomina aut penitus interierunt, aut certè consumptis vetustate characteribus legi non potuerunt. Nos, omissis incertis, nominatos solummodo hîc posuimus, eorumque Natales, prout in Martyrologio Romano leguntur adscripsimus. De quibus autem incerti eramus quinam essent, quod plures eodem nomine conuenirent, eos hoc * Asterisco notauimus, quod nescires, Lector, hîc Te monere voluimus.

VDAL. ET AFRÆ

s.

& Mart. 6. Febr.
eliquijs.
urga } Virginibus 1. Maij
& 17. Martij
ude }

O T A.

rum adesse Reliquias, quorum No
nt, aut certè consumptis vendun
uerunt. Nos omissis incertis, nom
imus, eorumque Natales, primu
untur adscripsimus. De quibus
n essent, quod plures eodem nomi
Asterisco notauimus, quod nec
ctor, hic Te monere
voluimus.

BASILICÆ SS. VDALRICI ET AFRÆ AVGVSTÆ VINDELICORUM Historiæ.

PARS TERTIA.

Complectens breue Chronicon Templi & Abbatum Monasterij Sanctorum Afræ & Vdalrici.

Anno Christi

46. *Claudio* Imperatore *Petrus Apostolus* Romam venit; Inde Discipulos in vniuersam Italiam, Siciliam, Galliam, Hispaniam, Africam atq; Germaniã misit ad instituendas Ecclesias. Nonnullas earum Prouinciarum per se obiuit ac visitauit; vnde probabile fit iam tunc Christianæ Religionis radios aliquos in Rætiam nostram immissos.

179. *Eleutherius* Summum Pontificatum init. A quo *Lucius* Britannorum Rex Doctores petit qui eum cum suâ Gente Christianum faciant, & impetrat.

183. *Lucius* circa hunc annum relicto Regno alijs prædicaturus multa terrarum spatia obit; Augustam venit, *Campestrium* primarium virum conuertit.

284. *Aurelius Valerius Diocletianus* Diocleæ ob-

ſcuro Dalmatiæ loco natus ab Exercitu Imperator acclamatur.

286. Extincto Carino Imperatore Diocletianus *M. Valerium Maximianum* Imperij Collegam adſciſcit; Ille Iouij, hic Herculij cognomentum aſſumit.

292. *Flauius Conſtantius Chlorus* Magni Conſtantini Parens in Regnum aſſumitur & Cæſar creatur.

302. *Dioclettanus & Maximianus* Impp. cum diu Eccleſiam afflixiſſent, iam nouis per vniuerſum Imperium contra Chriſtianos promulgatis Edictis Perſecutionem (quam Decimã vocant) omnium ſeuiſſimam concitant.

302. *Narciſſus* Epiſcopus cum *Felice* Diacono tantam procellam declinaturus ſedem ſuã Gerundenſem in Hiſpanijs relinquit, Auguſtam profugus venit.

Afra publica tunc meretrix cum Matre *Hilariâ*, tribus puellis *Dignâ, Eunomiâ, Eutropiâ*, ac totâ familiâ nec non alijs pluribus utriuſque ſexus hominibus à S. Narciſſo ad Fidem Chriſti conuertitur.

303. *Dionyſio* in Presbyterum atq; primum Auguſtanorum Epiſcopum ordinato Narciſſus Gerundam reuertitur.

Afra ob Fidem capitur & VII. Id. Auguſti flammis extincta Martyrij coronam aſſequitur.

Hilaria cum ſocijs alijſq; plures Martyres partim igne partim ferro enecantur. Prid. Idus Auguſti.

304. *Diocletianus* & *Maximianus* Auguſti, ille Nicomediæ, hic Mediolani uno eodemq; die XI. Calend. Martij depoſitâ Purpurâ Imperio ſe abdicant.

Conſtantius Chlorus & *Galerius Maximianus* appellantur Auguſti; Ille in Occidente, hic in Oriente ſuccedit.

Per-

Persecutio in Occidente, quod *Constantius* probè erga Christianos affectus esset nonnihil remittit.

306. *Constantio* Imperatori Eboraci in Britanniâ mortuo *Constantinus* Filius totius exercitus voto felicissimè subrogatur.

Narcissus Gerundę ab impijs ad Aram crudeliter obtruncatur.

312. *Constantinus Maxentium* Romam Tyrannide prementem Virtute S. Crucis ad Pontem Miluium vincit.

Constantinus salutaria pro Christianis promulgat edicta. Ab eo tempore ædes *S. Afræ* augeri cæpit.

451. *Attila* Hunnorũ Rex ex Pannoniâ in Galliam maximum & apparatissimuũ ducit exercitum. In quâ expeditione Augustã venit, ædiculam *S. Afræ* inflammat.

493. *Theodoricus Amalus* Gotthorũ Rex Odoacre Rege interempto solus totâ potitur Italiâ, & Rætiam quoq; nostram, quæ Romanis adhuc paruerat recipit in potestatem.

494. *S. Benedictus* Monachorum in Occidente Patriarcha Nursinus Patriâ annos natus quatuordecim Eremum petit.

529. *S. Benedictus* Cassinum Montem accedit, ibique Monasterium construit.

543. *S. Benedictus* anno ætatis LXIII. migrat in cælum die XXI. Martij, & in eodẽ cum Sorore suâ *Scholasticâ* tumulo sepelitur.

536. *Iustinianus* Imp. Gotthis bellũ infert, quod per octodecim annos durat Ducibus Belisario & Narsete quorũ industriâ Gotthicum in Italiâ Regnum penitus excinditur.

Circa hæc tẽpora Gotthis Italici Belli curâ præpeditis neq; ad Trãsalpinas Prouincias animum adijcere valentibus, Alemannorũ siue Sueuorum res in Rætiâ inualescunt, qui

Anno Christi

omnem ferè, quæ cis Lycum Prouincia est, tanquam possessore vacuam occupant.

Idem Boios vltra Lycũ tunc primùm attentasse probabile censet Velserus: Hinc prima Sueuorũ à Boijs Lyco amne diuisio, quorum hi ad Orientem, illi ad Occidentem incolunt. Vtriq; nihilominus primùm Sueui, pòst etiam Boij in Francorum potestatem ditionemq́ue recidunt.

565. *S. Fortunatus* ex presbytero Italico Episcopus Pictauiensis, Rauennâ religionis causâ ad S. Martini sepulchrum profecturus, Augustam venit, Afræ Martyris Reliquias pro cetero pietatis studio veneratur.

631. *Clotarius* II. Galliarum Rex & Monarcha moritur. *Dagobertus* I. Filius hæres instituitur paterni Regni, qui etiam Arnulphi Metensis Episcopi ac Pipini Senioris Ducis Neustriæ consilijs regitur.

Dagobertus Ecclesiam S. Afræ fundis quibusdam donat.

646. *VVicterpus* Augustæ fit Episcopus.

Magnus SS. Columbani & Galli Abbatum Discipulus à Tossone Presbytero ad VVicterpum Episcopũ perducitur & quid animo agitaret exponit, Monasterijq́; ad Fauces Alpium construendi licentiam impetrat.

Interea *VVicterpus* in Galliã abit ad Pipinũ Maiorẽ Domꝰ, à quo lus in saltũ quendã pro Ecclesiâ D. Virginis & B. Afræ obtinet, alijs quoq; amplissimis donis auctus reuertitur.

649. *Pipinus* Senior Dux Neustriæ diem obit, cui in officio Maioris Domus Filius Grimoaldus substituitur.

662. Circa hunc vel sequentem annum VVicterpus Episcopus ex hac vitâ migrat

663. *Tosso* Presbyter cõsilio S. Magni Abbatis in Episcopum Augustanum eligitur.

670. Magnus abit ad superos.

Toss

Tossò Episcopus cum magnâ Sanctitatis opinione moritur. Vacat sedes Augustana C. annis & quod excurrit.

687. *Pipinus* Iunior Pipini Senioris ex Begga Filiâ Nepos Maior Domus Franciæ efficitur.

741. Carolus Martell⁹ Maior dom⁹ Regni Frãciæ Pipini Iunioris Filius Nothus moritur. Succedit in eodẽ officio Pipinus dictus Breuis postea futurus Rex Franciæ.

742. *Carolus* Pipini Regis & Berthæ Filius, postea Magn⁹ nũcupatus, & Thassilo Vdilonis Boiorum Ducis Filius eodem nascuntur anno.

746. *Carlomannus* Austriæ Princeps Pipini Frater relicto Regno Soracte Montem Italiæ primùm, deinde Cassinum petit & Monachum profitetur.

751. Auctoritate *Zachariæ* Papæ Regnũ Francorũ transfertur in *Pipinum* Maiorem Domus, qui sequẽti anno à *Bonifacio* Moguntino Archiepiscopo coronatur & inungitur.

768. *Pipino* defuncto succedunt Filij *Carolomannus* & *Carolus*.

771. *Carolomannus* fato fungitur; *Carolus* Rex solus totius Gallię à Proceribus salutatur Princeps & Monarcha.

788. *Thassillo* Bauariæ Dux multa contra Carolũ hostilia sæpiùs ausus, in Conuentu Procerum morti adiudicatur; sed mitior Carolus quamuis offensus iubet eum in Cœnobium detrudi, & in Monachum unà cum Filio Theodone attonderi, Boioariam verò inter Prouincias Franciæ numerari.

800. *Carolus* Catholicus ac potentissimus Rex à Leone III. P. M. translato à Græcis ad Frãcos Occidentali Imperio, applaudente Romano Populo in die Natalis Domini Imperator Occidentis efficitur.

Eodem anno vel circiter *Simpertus* operâ

Anno Christi

Caroli cuius ex sorore Nepos erat, ex Abbate Murbacensi Augustanæ Ecclesiæ Episcopus creatur.

817. *Ludouicus* I. Imp. Pius Aquisgrani Conuentum Episcoporum & Abbatum habet, atq; de rectâ Regularium institutione secundum normam S. Benedicti multa præclarè sancit; Conuentui adest *Simpertus*.

828. *Gregorius* IV. Pontificatum init. A quo *Ludouicus* Imp. obtinet pro Monachis in Ciuitatibus & Matricularibus Ecclesiarum locis consistentibus, qui toto anno cum labore & studio Diuina peragunt officia, licentiam saginatis utendi cibis, & post æstiualium noctium vigilias somno reficiendi corpus.

Circa hunc vel sequentes annos *Simpertus* sanctè diem claudit extremum, & miraculis claret.

864. *Nidgarius* ex Monacho fit Abbas Vttenburanus, eodemque anno ob vitę integritatem ac merita in Augustanum postulatur Episcopum.

887. *Adalbero* ex Comite Dilingensi & Abbate Elvvangensi fit Episcopus Augustanus.

890. S. *VDALRICVS* nascitur.

895. Hàbetur Synodus Prouincialis Triburiensis in Germaniâ sub Formoso Pontifice, Arnulpho Imp. præsente, in quâ multa pro Ecclesiasticâ immunitate statuta fuere. Adalbero Episcopus Augustanus adfuit & septimo loco subscripsit.

909. *Vdalricus* primò Romam adit. A *Marino* postea Pontifice Maximo benignè excipitur qui ei successionem in Episcopatu Augustano prædicit.

Eodem Anno *Adalbero* Episcopus Vdalrico Romæ existēte moritur. *Hiltinus* succedit.

923. *Hiltino* defuncto *Vdalricus* Augustæ Episco-

Episcopus sufficitur & V. Calend. Ianuarias ordinatur in die Sanctorum Innocentum.

936. *Henricus* dictus Auceps Germaniæ Rex fato fungitur, succedit Otto Filius cognomẽto Magnus titulo Regis.

943. *Marinus* II. de quo supra, Pontificatum summum init.

948. Habetur Synodus Generalis Episcoporũ Germaniæ & quorundam Gallię in oppido Ingelenheim, inter quos etiã *Vdalricus* Augustanus, in causâ Ludouici IV. Regis Franciæ & Hugonis Ducis eiusdem æmuli, præsente Ottone Rege Geamaniæ, ubi etiam de alijs rebus ad disciplinam Ecclesiasticam pertinentibus actum fuit.

954. Cum *Luitolfus* Ottonis Filius & *Conradus* eiusdẽ gener in Regem coniurassent, resq; eò deuenisset vt aduersarij exercitus ad pugnã vtrinq; parati sese mutuo conspicerẽt, iuxta Hilaram amnẽ, operâ *Vdalrici* Augustani, & Hardoberti Curiensis Episcoporum Pax inter vtramq; partem conciliatur & Luitolfus Filius à Patre *Ottone* impunitate donatur.

952. Habetur Conuentus *Augustæ* Episcpporũ ac Principum Germanorum, Francorum ac Longobardorum præsente *Ottone* Rege, Canones statuuntur vndecim. *Berengarius* Londobardorum Rex cum Filio Adelberto Ottoni diu rebellis ibidem se sistit, & Ottonis potestati se tradit, à quo Italiam tanquam subditus suscipit regendam, quamuis postmodum pactis non steterit.

955. *Hungari* Germaniã numerosissimo exercitu inuadunt, Augustam obsidione premũt, Monasteriũ S. Afræigni succendũt, demùm ab Ottone ad internecionẽ cęduntur. Vdalricus Cruce de cælo acceptâ pręlio adest, milites ad pugnam fortiter animat,

Otto

Anno Christi.	
962.	*Otto* Romam proficiſcitur & à *Joanne* XII. coronatur Imperator.
971.	*Vdalricus* ultimò Romam adit. Rediens Ottonem Imp. cum Adelheide Cõiuge Rauennæ inuiſit, à quo Adelbero ex ſorore nepos ſucceſſor illi deſtinatur.
973.	Adalbero Nepos ante Vdalricum Auunculum viuere deſinit. Eodem anno *Vdalricus* Epiſcopus IV. Non. Iulij ſanctè moritur, ante & poſt mortem miraculis clarus, à S. VVolfgango ſepelitur.
993.	*Joannes* XV. Pont. Max. *Vdalricum* ſanctorum numero adſcribit.
1002.	*Heinricus* Sanctus Dux Bauariæ, dictus Claudus, eligitur Rex Germaniæ.
1012.	*Bruno* Epiſcopus Auguſtanus *Henrici* Regis Frater adiuuante Rege ex Monaſterio S. Afræ exactis Canonicis, Cœnobium Ordinis S. Benedicti efficit.
REGINBALDVS Primus Abbas.	S. REGINBALDVS primus Abbas Monaſterij SS. Vdalrici & Afræ, ex Comitibus Küburgenſibus oriundus.
	Præeſt tribus annis poſtea fit Abbas Ebersbergenſis, tandem Laurisheimenſis.
1014.	*Henricus* à Benedicto VIII. Imperialem accipit coronam & Imperator acclamatur.
Dego II. 1015.	Reginbaldo cedenti, ſuccedit *Dego* Abbas vir laudatus.
Godeſgen⁹ III. 1018.	*Dego* diem claudit, ſuccedit Godeſgenus, à virtute commendandus.
Fridebol. dus IV. 1020.	Godeſgenus obit. Eligitur *Fridebol dus* vir ſenex, doctus & religioſus, ideoq. Henrico Imperatori gratiſſimus.
	Sub hoc Abbate Monaſterium ab *Henrico* Imp. & Cunegunde eius cõiuge Virgine, aliiſque Principibus multis ac præclaris donis augetur.
1024.	*Henricus* Imperator Sanctus commendatis Annu-

Amicis Cunegundem Coniugem, Recipite, inquit, quam mihi tradidistis virginem vestram, & sic efflat animam.

Eligitur *Conradus* II. in Regem Germaniæ qui postea fit Imperator & Donationes Monasterio factas approbat.

1029. *Bruno* Episcopus Augustanus moritur & in Ecclesiâ S. Mauritij, quam ipse iussu Henrici Imperatoris construxerat, sepelitur.

1030. Frideboldum Abbatem morientem excipit Henricus laudis antecessorum suorum æmulus. *Henricus V.*

1031. *Eberhardus* Episcopus Augustanus cõsentiente Theodoro Boiorum Duce, approbante Conrado II: Romanorum Imp. confert Henrico Abbati S. Vdalrici Pontem Lyci cum vectigali.

1032. *Reginbaldus* operâ Conradi Salici Imp. ad Spirensis Ecclesię Episcopatum prouehitur. Præest septem annis; Mortuus in Sanctorum numero censetur. Candelabrum pensile in summâ æde Spirensi ex ære auro obductum munus relinquit.

1044. *Henricus* Abbas diem claudit, Theodo sufficitur. *Theodo VI.*

1049. *Bruno* Episcopus Tullensis in Leucis delectus ab Henrico Imp. III. eligitur Romanus Pontifex magno Ecclesiæ bono ac *Leo* IX. dicitur. Dum Romam iret Angelicum concentum audisse fertur in hæc verba, Dicit Dominus; Ego cogito cogitationes pacis & non afflictionis.

1050. *Adalbero* post Theodonem euehitur in Abbatem. Iste Abbas primus Monasterium, cùm extra vrbis mœnia esset, muro cinxit, sed habito post saniori consilio tam Ciuium quam Fratrum, mœnibus illud omnino includi permisit. *Adalbero VII.*

Anno Christi

1051. *Leo* IX. Pont. Max. præsente Henrico Imperatore & Episcoporum ac Principum copiosâ multitudine, Purificationem B. Virginis Mariæ Augustę celebrat & sacellū quoddam, quod primum à Christianis Augustæ positum dicunt, consecrat ac D. Gallo dedicat.

Multum laborat Leo Papa in extirpandâ Simoniacâ prauitate & abolendis Sacerdotum nefandis coniugijs.

1056. Vsus dicendi Officium Diuæ Genitricis, cum solitis Horis Canonicis introducitur à B. Petro Damiano.

1057. *Henricus* IV. Imp. succedit Patri in Regnū Germanię puer septem annorum sub tutelà Agnetis Matris & Henrici Episcopi Augustani.

1060. Misnæ à Reinero Præsule Monasterium D. Afræ conditur & dicatur

1062. *Anno* Colonienſis Archiepiscopus Hēricū Regem puerū clam subducit à Matre inuitū & reclamantē Coloniā perducit, & ipse Principū cōsilio regni negotia administrat.

1064. *Adalbero* Abbas Monachorum turpiter viuentiū furorem fugiens Romanum Pontificē adit, à quo impetratis in sui fauorem literis domum reuertitur, sed in itinere obit.

Embrico Episcopus Augustanus Ecclesiam D. Afræ à fundamentis destruit, ut eam ampliorem redderet; Inuenit ergo corpus S. Afræ integrum, à quo Anno Colonięnsis Archiepiscopus reliquias expetit, & articulum pollicis pedis obtinet.

Theodomarus VIII. Adalberone domo absente *Theodomarus* Iuuenis ætate Abbas efficitur.

1071. *Embrico* Episcopus Ecclesiam S. Afræ, quā pridem struere cæperat, complet, & præsentibus alijs Episcopis consecrat.

Anno

Anno Colonienſis Epiſcopus Regni adminiſtrationem deponit, atq; è Curia diſcedit.

1073. *Alexandro* II. Pont. Max. è vitâ ſublato *Hildebrandus* S. R. E. Archidiaconus in Papam eligitur, & *Gregorius* VII. appellatur Eccleſiaſticæ libertatis aſſertor, Simoniacæ hæreſis ac Sacerdotum incontinentiæ perſecutor acerrimus. *Monachus Cluniacenſis.*

1076. *Henricus* Rex quod pretio Epiſcopatus & Abbatias venderet, Excõmunicatos à Pontifice reciperet ac foveret, Promiſſa Põtificis Legatis nõ impleret, & propter alias accuſationes à Principibus contra eum allatas Romã à Gregorio vocatur ad cauſam dicendã.

Henricus Vormatiæ colloquium inſtituit pro deponendo Pontifice, cuius damnationi plures Epiſcopi ſubſcribunt.

Igitur Pontifex habitâ Romæ Synodo Henricum cũ omnibus ſuis fautoribus anathemati ſubjicit, & unà Regno privat, ſentẽtiam anathematis & Depoſitionis per literas Encyclicas toto Imperio promulgat.

Principes Germaniæ Romanæ Eccleſiæ defenſores Triburiæ propè Oppenhemiũ conveniunt in cauſâ Henrici Regis, contra quẽ armati de novo Rege eligendo agunt.

Henricus ex imminenti periculo trepidus pacẽ petit, quæ à Principibus promittitur, ſi, inter alia, anathematis vinculo ſe ſolvi curaret, Epiſcopos excõmunicatos à ſe dimitteret, atq; ad proximũ Purificatiõis D. Virginis feſtũ corã Pontifice ac totius Regni Principib⁹ privati inſtar comparere ac negotii diſcuſſioni acquieſcere vellet. Locus huic convẽtui Auguſta deſignatur. Init has conditiones Henricus & paret

1017. *Gregorius* Papa iter aggreditur ut ſtatutâ die Auguſtæ ad diſcutiendam Henrici Regis cauſam compareat.

Anno Christi

Henricus ipse terrente conscientiâ causæ suæ diffidens Italiam priuatus petit. Pontifici Canusij castello Tusciæ munitissimo se fistit, & post Pœnitentiæ signa exhibita, acceptasque seueras conditiones vnioni Ecclesiæ restituitur.

Rex inde digressus ad Longobardos Pontificis hostes venit, mox alium induit animum, & in pristina labitur vitia.

Principes re cognitâ *Rudolfum* Sueuiæ Ducem eligunt Regem, abdicato Henrico.

Eodem anno *Rudolfus* Rex Pascha Augustæ celebrat. Frequentes inter vtrumque Regem deinceps oriuntur conflictus.

1079. Synodus Romæ habetur, in quâ *Gregorius* Pontifex Epistolâ *S. Vdalrici* fictitiam ad Papâ Nicolaum de nuptijs Presbyterorum, & Capitulum Paphnutij de eâdem re damnat.

Sigehardus IX. 1080. *Sigehardus* post Theodomarũ eligitur Abbas, vir integerrimæ vitæ. Is Canonicis D. Virginis ędem S. Vdalrici quotannis in eius festo atq; D. Afræ visitantibus vina & cibos offerri beniuolentiæ ergô iustituit.

Gregorius Henricum anathemate iterum percellit.

Henricus Gregorio à se abdicato substituit Guibertum Archiepiscopum Rauennatem quem Clementem III. appellat.

Rudolfus Rex in pugnâ contra Henricum in Saxoniâ occumbit.

1081. Principes Germaniæ habito Conuentu in Saxoniâ *Hermannum* Ducem Lotharingiæ militari peritiâ prędantem in locum Rudolfi Regem substituunt, qui mox aduersarijs electionem eius impedire volẽtibus fat magnam infert cladem, & ad stabiliendum Regnum viam sibi parat. Eum Bertoldus Constantiensis in confinio Boiariæ, loco Hostetten

stetten dicto (pagus est ad Monasterium S. Vdalrici pertinens) de inimicis triumphasse scribit.

1084. *Henricus* Vrbe Româ potitur & à suo Guiberto Rauennate Coronam Imperialem accipit. *Gregorius* interim in Castellum S. Angeli se recipit.

1085. Generalis Catholicorum Synodus celebratur in Quintilineburgo præsentibus Apostolicæ Sedis Legato ac Rege *Hermanno*, vbi inter alia Ordinationes quorundam Episcoporum excommunicatorum irritæ declarantur, & Sigefridus Schismaticus qui cum VVigoldo Catholico de Episcopatu Augustano decertabat, cum pluribus alijs Episcopis anathemati subijcitur.

Gregorius VII. Pont Max diem claudit miraculis clarus.

1086. *Desiderius* Tit. S. Ceciliæ Card. Presbyter Abbas Casinensis eligitur in Papam ac *Victor* III. dicitur.

1087. *Sigebardus* Abbas Fratrem Laicum Gerundam in Hispanias ad Berengarium eiusdem Ciuitatis Episcopum mittit, à quo varias Sanctorum Reliquias impetrat.

1088. *Hermannus* Rex migrat ex hac vitâ.

1089. Vrbanus ex Monacho Cluniacensi Papa II. Legationem per Germaniam decernit Gebhardo Episcopo Constantiensi, qui Legatus utitur nuntio ad Vrbanum Papam Eginone Monacho, post Abbate S. Vdalrici Augustæ.

1094. *Sigehardo* Abbate mortuo *Hartmannus* ex Monasterio Gottvvicensi accersitur, ac Monasterio præficitur.

1096. Hartmannus Abbatiam deserit, & in suũ Monasterium reuertitur. *Hartmannus X.*

Anno Christi

Berengarius XI.

Eodem anno alius substituitur Abbas Berengarius ex Monasterio Fuldensi postulatus.

1100. *Guibertus* Antipapa moritur.

Paschalis II. ex Monacho Cluniacensi & Abbate SS. Laurentij & Stephani extra muros Pont. Max. succedit *Vrbano* II.

1105. *Henricus* Imp. in celeberrimo Principum Cõuentu Moguntino per Apostolicæ Sedis Legatos Richardum Albanum & Gebhardum Constantiensem Episcopos Imperij insignibus priuatur, quæ mox filio eius Henrico conferuntur.

1106. *Henricus* Senior anno ætatis quinquagesimo quinto repentinâ morte iam priuatus interit, & per quinquennium Ecclesiasticâ sepulturâ caret.

Paschalis Pontifex in Galliam Cisalpinam proficiscitur & Guastallæ oppido ad ripam Padi fluminis sito congregat generalem Synodũ, in quâ omnes Clericos & Episcopos in schismate ordinatos, nisi aut inuasores aut Simoniaci aut aliàs criminosi probati essent, in suis officijs suscipit & confirmat.

1107. *Berengarius* post undecim annos quibus Abbas extitit, sponte cedit & Fuldam redit.

Guntherus XII.

Guntherus V Vessobrunnensis Abbas huius etiam Cœnobij gubernationem suscipit, quam tamen breui deserere cogitur.

1109. Fratres liberam eligendi Abbatis occasionem nacti *Eginonem* creant Virum hac & aliâ dignitate dignissimum.

Egino XIII.

1111. *Henricus* Imp. numerosum exercitum ducit in Italiam, & ingressus Vrbem *Paschalem* Pontificem captum cogit ad imponendam sibi Imperialem Coronam.

1117. *Henricus* secundò mouet in Italiam, cui expeditioni adest Hermannus Episcopus Augusta-

gustanus. Pontifice absente Henricus in Ecclesiâ S. Petri se coronari facit à Mauritio Burdino Bracarensi Archiepiscopo.

1118. *Paschalis* Papa moritur; *Gelasius* II. Monachus Casinensis S.R.E.Card.Tit. S. Mariæ in Cosmedin. eligitur, qui mox ab Henrico Schismatico compellitur vrbe cedere & Caietam patriam suam aufugere, vbi post Presbyter & Pontifex ordinatur.

Henricus Pontifice fugâ elapso Mauritium Burdinum in S. Petri Sedem vi intrudit & Gregorium nominat.

Gelasius Pontifex habito Conuentu Capuæ *Henricum* cum suo Pseudo Pontifice damnat & post in Galliam secedit.

Friteslariæ in Germaniâ Synodus congregatur, ad quam Egino Abbas S. Vdalrici vocatur in causa Ecclesiæ Augustanæ, & venit.

Egino Abbas S. Vdalrici multas à schismaticis patitur molestias, tandem vrbe ac Monasterio cedere cogitur.

1119. *Gelasius* Papa Viennæ in Galliâ diem claudit, in cuius locum eligitur *Callistus II.* ex Archiepiscopo Viennensi.

1120. *Callistus* Papa Romam proficiscitur, ad quē suasu prudentum Egino Abbas confugiens, Rosellæ eum inuenit. A quo benignè exceptus ac Romā ductº omnia pro Ecclesiæ Augustanę utilitate ex sententiâ gerit; Rediens in itinere morbo corripitur ac Pisas delatus in Camaldulensium Cœnobio extremum obit diem non sine sanctitatis existimatione miraculis confirmatâ.

1121. *Gregorius* Antipapa siue Burdinus à *Callisto* II. Pont. Max. capitur, Romam ignominiosè defertur, demùm in Campaniam ad perpetuum carcerem deportatur.

VVolle-

Anno Christi

VVollemarum XV.

1122. *VVollemarus* ex Monacho S. Vdalrici eligitur in Abbatem post Diuum Eginonem Vir Doctrinâ & Religione præstans.

1125. *Henricus* Imp. V. ex hac vitâ migrat absq; prole masculâ, à quo Regnum Germaniæ rursum deuoluitur ad Saxones.

Vdalscalcum XV.

1126. VVollemaro ex hac vitâ sublato succedit Vdalscalcus Abbas Diui Eginonis quondam domi forisque comes indiuiduus, qui etiam eidem Pisis morienti adstitit, ac res ab eo gestas fideliter scriptis mandauit. Vir fuit omni scientiarum genere imbutus, Theologus insignis, Poëta, quales seculum illud ferebat, eximius, Antiquitatis præsertim historiæ Sanctorum non ignarus, Musicæ denique artis peritissimus. Hinc multos ingenij sui fœtus ad posteros transmisit, quorum aliqui extant, pleriq; temporum iniuriâ perierunt. Vitas SS. Vdalrici & Afræ, Mauritij, Mariæ Magdalenæ versibus complexus est, quas etiam Musicis notis compositas Hermannus Episcopus Constantiensis & Gebhardus Apostolicæ Sedis Legatus approbarunt ut licitè in Ecclesiasticis officijs cantari possint. Scripsit quoque librum de Musicâ, & Epigrammata quam plurima; Præter ingenij decorem virtutis etiam splendore ita enituit, vt meritò inter laudatissimos huius Cœnobij Antistites numerandus sit.

Hoc anno Hermannum Episcopum obijsse scribit Caspar Bruschius.

Conradus III. Romanorum Rex sub Vdalscalco Abbate approbat donationē cuiusdam prædij Monasterio factam à Conrado Marchione Tusciæ, Anno Regni primo.

Celebris expeditio in Terram sanctam contra Saracenos suscipitur à *Conrado* Romanorum

norũ & *Ludovico* Frãciæ Regib⁹ acceptâ cruce à S. Bernhardo totius Belli Duce constituto.

1148. Vdalscalcus Abbas fato fungitur & in Ambitu Monasterij sepelitur.

In eius locum venit eodem anno Hezylo Vir probatæ vitæ, qui Monasterium multis prædijs auxit. *Hezylo XVI.*

1152. *Conradus* Rex moriens non absq; suspicione propinati veneni, Regalia *Friderico* Fratris sui Filio cognomẽto Aenobarbo relinquit.

Eodem anno *Conradus* Comes de Lüzelstein fit Episcopus Augustanus.

1154. *Hadrianus* Papa IV. ex Abbate primùm S. Rufi, deinde Episcopo Albanensi Pontificatum init.

1155. *Fridericus* Conradi Nepos, Sueviæ Dux post exhibitum Pontifici Stratoris officium Romæ ab eo Coronam & alia insignia Imperii accipit.

1156. *Hadrianus* Papa IV. Monasterium S. *Vdalrici* privilegio auget, & in suam protectionem suscipit.

Circa eundem annum *Conradus* Episcopus Augustanus Cœnobium S. *Vdalrici* ingreditur, & iuxta normam S. Benedicti reliquũ vitæ vivit, cùm prius Monasterium privilegiis ac bonis ampliter locupletasset.

1159. Hezylo Abbas vivere desinit, in cuius locum venit *Vdalricus de Biberbach* ex Nobili Bappenhemiorum stemmate oriundus, & cum laude præest augens rem familiarem. *Vdalrici XVII.*

Hadrianus Papa IV. Anagniæ mortem oppetit, cui mox sufficitur Rolandus Presbyter Card. Tit. S. Marci & Apostolicæ sedis Cancellarius dictus *Alexander* III.

Octavianus Cardinalis Tituli S. Cæciliæ erigitur Pseudo Pontifex contra *Alexandrum*. *Fridericus* Imp. favet *Octaviano* Schismatico, qui *Victorũ* nomen sibi assumit.

Anno Christi

1160. *Alexander* Imperatorem benignè ac frequenter monitum, cùm à suâ perfidiâ non posset reuocare, ab Ecclesiæ communione unà cum *Octauiano* Antipapâ in die Cœnæ Domini segregat.

1161. Duo habentur Concilia unum in Frãciâ, alterum in Angliâ, quibus causa adiudicatur *Alexandro*, Octauianus damnatur.

1163. *Alexander* Papa III. Turonis in Galliâ Cõcilium celebrat, cui adest etiam *Conradus* Archiepiscopus Mogũtinus Comes de Vvittelspach Consanguineus Imperatoris. Is dũ Alexandro cõtra Octauianũ adhæret, iram Imperatoris incurrit, à quo Sede Mogũtinâ pellitur, & *Christianus* Imperatoris Cãcellari⁹ eius loco vi intruditur. Pace demum inter Pontificẽ & Imperatorem stabilitâ, *Christianus* Palliũ quod à Pseudopõtifice acceperat publicè comburit, & aliud ab Alexãdro pro Ecclesiæ Moguntinæ administratione accipit, *Conrado* interim ad Sabinensem unde titulum Cardinalis habebat translato. Verùm *Christiano* è vivis sublato, *Conradus* ad Moguntinam sedẽ reuertitur. Anno 1180.

1164. *Octauianus* Antipapa moritur, cuius loco Schismatici eligunt Guidonem Cremẽsem quem Paschalem Tertium appellant, & fouetur à *Friderico* Imp. vt prior.

1167. *Conradus* Episcopus Augustanus in Monasterio D. Vdalrici degẽs diem claudit extremum, & in loco Capitulari terræ mandatur. Hartvvigus ex Monacho & Priore S. Vdalrici creatur Episcopus Augustanus.

1168. *Fridericus* Imp. nondum ad frugẽ conuersus rursus excõmunicatur, & penitus exauctoratur ab *Alexandro* Papâ, victus etiam non semel in bello Italiâ cedere cogitur.

1170. Paschalis Pseudo Papa miserè perit Schismatis

matici subrogant *Joannem*, quendam Abbatem Strumensem & Calliſtum III. dicunt, eundemque Fridericus Imp. approbat.

1171. *Vdalricus* Abbas moritur; Cui ſuccedit *Henricus* de Mayſach vir nobilis genere ſed animo & virtute nobilior. *Hēricus XVIII.*

1172. *Guelpho* Marchio Tuſciæ, Dux Spoleti & Sardiniæ beneficus eſt erga Cœnobium SS. Vdalrici & Afræ.

1177. Pax inter *Alexandrum* III. Pontificem & Fridericum I. Imperatorem Venetijs firmatur perpetua, reſtitutis omnibus bonis Eccleſiæ in ipsâ Octauâ Apoſtolorum Petri & Pauli.

Eodem anno *Alexander* III. Pont. Max. Monaſterium S. Vdalrici in ſuã recipit profectionem, & alijs priuilegijs auget in peruigilio S. Afræ Venetijs adhuc exiſtens.

Manegoldus Henrico defuncto ſuccedit in Abbatiâ S. Vdalrici. *Manegoldus XIX.*

1181. *Alexander* Papa III. poſt ſui Pontificatûs per annos viginti duos digniſſimam functionem migrat ex hac vitâ.

1182. *Fridericus* Imp Sodalitio Conuentus S. Vdalrici adſcribitur, & priuilegia quędam approbat, quædam confert.

1183. Monaſterium S. Vdalrici cum Templo totum igne abſumitur, quod dum *Manegoldus* Abbas reſtaurare conatur, euocatur ex hac vitâ.

Henricus hoc nomine Tertius eligitur in Abbatem S. Vdalrici à quo Monaſterium ſplendidè reparatur. *Henricus XX.*

1187. Templum S. Vdalrici iam reſtitutum cõſecratur à *Conrado* Archiepiſcopo Mogunti-no præſente Friderico Imp. cum Filijs alijsq; Principibus atque Epiſcopis.

Saladinus Babyloniæ Rex Hieroſolymâ potitur

	Anno Christi	
		potitur capto *Guidone Lusignano* eiusdē Rege. *Fridericus* Imp. & Reges Franciæ & Angliæ expeditionem parant in Terram Sanctam.
	1189.	*Fridericus Imp* capto Iconio vsq. in Ciliciam penetrat magno Turcis iniecto pauore.
	1190.	*Fridericus* Imp. in Armeniâ positis ad Serrā amnem castris III. Id. Iunias post prandium Amnem nandi ac refrigerandi causâ ingressus aquarum vi absorbetur magno Christianæ rei detrimento.
Erchenboldus XXI.		*Henricus* Abbas diem obit; *Erchenboldus* eligitur qui Cœnobium multis ornamentis auget & illustrat.
	1191.	Guido Lusinianus à Saladino liber dimissus loco Regni Hierosolymitani Cypri Insulam possidet beneficio Richardi Regis Angliæ. Hinc noui Reges Cypri ex familiâ Lusinianâ.
	1200.	*Erchenboldum* Abbatem defunctum excipit *Vdalricus* vir decrepitæ ætatis, quam ob rem post quatuor annis, administratam Abbatiam resignat eandem, superstes adhuc aliquot annis. Prædia quædam emit & alia præclarè gessit.
Vdalricus XXI.		Hoc tempore mirabilis illa augustissimi *Sacramenti* conuersio in apparentem Carnis speciem facta est, quæ adhuc hodie in Ecclesiâ *S. Crucis* adseruatur, & miraculis coruscat Augustæ.
Hēricus XXIII.	1204.	*Vdalrico* Abbati sponte cedenti succedit Henricus de VVelsheim Nobilis, vir egregiâ morum suauitate præditus erga omnes affabilis miti semper vultu & placido.
Theodo XXIV.	1216.	*Henricus* diem claudit, sequitur Theodo siue Dietho Abbas ex Monasterio Faucensi postulatus. Præest laudabiliter ac plurimum prodest.

Hono-

Honorius Papa III. init, qui præter alia priuilegia quæ confirmat etiam Ius in Paræciam S. Vdalrici Abbati competens approbat.

1222. *Henricus* Abbas obit, succeſſor ei deſignatur *Luitfridus* vir Monaſticæ diſciplinę amãs, & inde laudatus. *Luitfridus XXV.*

1227. *Gregorius* Papa IX. eligitur, qui Monaſterium S. Vdalrici in ſuam protectionem recipit & Priuilegia confirmat.

1230. *Luitfridus* Abbas reſignat Prælaturam, cui Hildebrandus ſubſtituitur, Vir bonæ conuerſationis & in temporalium adminiſtratione rerum prouidus. *Hildebrandus XXVI.*

1243. Innocentius Papa IV. Pontificatum init, qui Monaſterij S. Vdalrici priuilegia vetera approbat & noua indulget.

Eodem anno *Gebvvinus* ex nobili ſtemmate de *Thierheim* oriundus poſt Hildebrandum eligitur Abbas. Laudem meretur ab Ingenio & Religioſæ vitæ obſeruantiâ. *Gebvvinus XXVII.*

1252. *Manfredus* Friderici II. Imp. Nothus occiſo *Conrado* eiuſdem Friderici Filio legitimo Regem Siciliæ ſe conſtituit.

1265. *Clemens* Papa IV. Gallici ſanguinis & genti fautor, *Carolum Andegauenſem* aduocat, & Romæ in æde Laterana Regem Siciliæ ac Hieroſolymorum deſignat.

1266. *Carolus* Româ digreſſus Siciliam inuadit, & occiſo Manfredo quem ad Beuenentum deuicerat, Regni poſſeſſor euadit.

1267. *Gebvvinus* Abbas ſponte ſe abdicat adminiſtratione Abbatiæ, cui ſufficitur *Theodoricus* de Roth vir generis nobilitate & vitæ probitate inſignis. *Theodoricus XXVIII.*

1268. *Conradinus* Conradi Regis Neapoleos & Siciliæ Filius, Friderici II. Imp. Nepos, vltimus

vltimus Dux Sueuię nobilissimi Stemmatis Adolescens contractis copijs, multâ nobilium manu inter quos *Fridericus* Dux Austrię Cognatus, è Germaniâ in Italiam venit Carolum Andegauensem inde pulsurus. Committitur pugna, Conradinus primò vincit, demùm ob militis prædę inhiantis solutum ordinem vincitur, & fugit cum Friderico Austrio desertus à suis. Agnoscũtur in itinere, quo Pisas ire cogitabant, à quodam Ioanne è gente Frangipanũ cuius prauitate proditi Carolo mox è fugâ retrahuntur & Neapolim abducti barbaro more, totâ Italiâ spectante, Germaniâ dolente capite plectuntur. Conradinus priusquam capite minueretur in publicâ scenâ Carolum accusat, Deum testem inuocat, & ius suum in hæc Regna Henrico Castellano Amitæ suę Filio, voto certè non vano, donat. in signum chirothecam extrahit & abijcit. Quo facto antiquissima Sueuiæ Ducum familia extincta est.

1273. *Rudolfus* I. Comes Habspurgicus Matre Hedvvige ex Comitibus Kũburgensibus, post sat longum interregnum Francofurti eligitur in Imperatorem Romanorum, quam electionem *Gregorius* X. Pont. Max. Lausannæ ratam habuit, nã is Italiam nunquam intrare voluit.

1282. *Petrus Arragonius* Rex comparato exercitu, & Græco Imperatore Michaële Palęologo aurum suppeditante, dolum in Francos Siciliam tenętes excogitat, eumq; cruentũ. Nam factâ Siculorũ coniuratione, ipso die qui Christo resurgenti sacer est, datoq; signo ad vespertinas preces, inermes Franci quotquot Insulam inhabitabant trucidantur. Carolus Rex tunc aberat in Hetruriâ. Interea Ara-

Anno Christi

ea Aragonius aduolat, Caroli nauibus ac Regno potitur, & Rex Siciliæ salutatur. Ita scilicet nobilissimus ille Sueuici & Austriaci sanguinis flos à Gallis temerè fusus Siculis Vesperis expiatus est.

Eodem anno *Hartmannus* Comes Küburgensis & Dilingensis Episcopus Augustanus illustris huius Familiæ vltima proles, cùm triginta tribus annis Episcopatui præfuisset, Ecclesiam Augustanam Arce & Ciuitate Dilingensi atque vniuerso Comitatu VViteslingensi auxisset, & plura alia pijs vsibus impendisset, ipsâ die S. Vdalrici cui sanguine iunctus erat, diem claudit extremum.

1286. Carolus Siciliæ & Philippus Franciæ Reges Gerundam in Hispaniâ capiũt, vbi cùm milites Sepulchrum S. Narcissi violare attentant, Muscarum examen è sepulchro egressum in exercitum irruens, sacrilegos in fugam agit, & ab incepto desistere cogit.

1288. Post *Theodoricum* Abbatem fato functum sequitur *Sibotho* cognomento *Stolzhirsch* Augustanus Patritij Ordinis. Is aduersùm habuit Episcopum Augustanum *VVolfhardum* de Roth, à quo Prælaturâ exutus fuisset, nisi cognatorum suorum, qui plurimùm in Vrbe valebant, præsidio Dignitatem hanc tenuisset. *Sibotho XXIX.*

1292. Demùm sponte eam dimittit, & Custos Templi effectus eo officio per viginti tres annos fungitur.

Excipit ergo eum *Henricus* de Hagnach, qui primò ambitionis omnis exsors munus hoc & onus repudiat, tandem compulsus suscipit. *Hẽricus XXX.*

1311. Inchoatur *Concilium Viennense* Generale sub

Anno Christi

sub *Clemente* V. Pont. Max. in quo actum de excidio *Templariorum Militum* quod ad Saracenos defeciſſent. Eorū bona partim Rhodijs Militibus partim nouis Religionibus attributa. Hinc Ordo S. *Dominici* Auguſtæ introductus, quorum Conuentus intra limites Paræciæ S. *Vdalrici* comprehenditur.

Henricus Abbas quod infenſum haberet Epiſcopum Fridericum ſpeet, vltro abdicat Abbatiam.

Marquardus XXXI.

Henrico cedenti *Fridericus* Epiſcopus citra omnem Fratrum cõſenſum ſubrogat *Marquardum* Nobilem de *Haglen* cognatum ſuũ Religione Dominicanum Virum, alioqui omni quâ Diuinâ quâ humanâ ſciẽtiâ probè inſtructum. Res ſic ſe habuit. Marquardus puer Monaſterium S. Vdalrici ingreſſus Habitum aſſumpſit, in eoq; per annum perſeuerauit. Pòſt mutato propoſito ad Dominicanorum inſtitutum trãſijt, & Monachũ ſollenni ritu profeſſus eidem Ordini totum ſe deuouit & ſacrauit, quem etiam viginti octo annis tenuit. Epiſcopus animaduertẽs Abbatiam S. Vdalrici breui Rectore vacuam futuram, Marquardum cognatum ſuum monet & ſuadet redire ad Benedictinos ſpondet Abbatem certò facturum. Ille hac ſpe illectus obtemperat, redit pœnitens, Apoſtaſiam ſe commiſiſſe hinc olim recedendo fatetur, oſtendens tacitam Profeſſionem, ideoq; trium dierum Pœnitentiâ crimen expiat. Ita Monachum Benedictinum de nouo ſolenniter profeſſus intra paucos dies operâ Epiſcopi Abbas efficitur. Speciẽ huius facti recenſet Bartholomeus Brixienſis in Quæſtionibus Dominicalibus part. 2. q. 91. & ſeq. ubi multis argumentis probat non legitimè hoc factum fuiſſe, feciſſe Epiſcopum

scopum quod non poterat. Sed iura sunt clara. Quod in fine addit nomen Abbatis nomen esse Ministerij non honoris, parum ad rem facit: Certè Abbatiam inter Dignitates numerari, & Abbatem alijs dignitatibus inferioribus Episcopo præferri scribit Decius c. Decernimus, de Iudic. & alij. Obtinuit ergo Marquardus hanc Dignitatem eaque XX. annis gauisus est.

Principes Electores discordes in Germaniâ duos eligunt Cæsares, alij *Ludouicum Bauarum*; alij *Fridericum Austriacum*; Hinc bellum Ciuile in Germaniâ diuturnum. Augustani Ludouicum recipiunt.

1322. *Ludouicus* cum *Friderico* pro summâ Imperij dimicat prope Müldorfium in Bauariâ, quo conflictu *Ludovicus* Victor euadit, *Fridericus* viuus capitur.

1324. Ludouicus Austriacos bello petit, & Marchionatum Burgouianum cum auxilio Augustanorum inuadit. In eâ expeditione Ciuis quidam Augustanus Berchtoldus Bitschlinius occumbit, & in sacello iuxta ædem S. Vdalrici, quod ipse nuper cum veniâ Abbatis honori Omnium Sanctorum extruxerat, sepelitur.

Ludouicus Imp. Monasterium SS. *Vdalrici & Afræ* in suam tutelam & Imperiali auctoritate defendendum suscipit.

1333. *Cœnobium* S. *Vdalrici* totum cõflagrat, quod dum *Marquardus* Abbas restaurare incipit ex hâc vitâ euocatur.

Conradus VVinckler Augustanus succedit Vir integer vitæ, clarus eruditione, prudentiâ conspicuus, reiq; familiaris administrandæ summè gnarus. *Ludouico* IV. Imp. à Confessionibus fuit, cuius etiam Liberos è sacro fonte suscepit; multa & præclara ab eo bene- *Conradus XXXII.*

Anno Christi

ficia & priuilegia accepit. Monasterium totum ædificijs ac diuitijs adeo auxit, vt eius alter conditor meritò dici meruerit.

Sub huius regimine aliud incendium Templum ac Monasterium inuadere cepit, inuocato ab Abbate D. Afræ & aliorum Patronorum auxilio sopitum fuit.

1354. *Carolus* IV. Imperator dono dedit Monasterio S. Vdalrici Tabulam argenteam auro obductam ad includendum Caput S. Dionysij primi Episcopi Augustani.

Ioannes XXXIII.

1355. *Conradus* Abbas diem claudit, eligitur successor *Joannes* de Vischach vir nobilis & rectus. Priusquã ad Abbatiã eucheretur scribendi arte multum excelluit, & libros aliquot grandes suâ manu exaratos in sui memoriam & posterorum vtilitatem reliquit. Scripsisse tractatum de Immunitate Ecclesiæ affirmat Posseuinus in Apparat. ex Eisengren.

Fridericus XXXIV.

1366. *Ioannes* Abbas moritur, quem excipit *Fridericus* de Gummeringen genere quidem nobilis sed factis obscurus.

Henricus XXXV.

1379. *Fridericus* inter viuos esse desinit, eligitur eodem anno *Henricus de Gabelbach* ex nobili stirpe, sed in rei familiaris administratione parùm vtilis.

Ioannes XXXVI.

1396. Cogitur abdicare Prælaturam, & habet successorem *Joannem Laugingerum* ex VVerdeâ Sueuicâ oriundum Abbatem Monasterij S. Magni in Faucibus, cui cum feliciter aliquandiu præfuisset, idque pænè collapsum egregiè restituisset, Augustam vocatur & D. Vdalrici Cœnobio præficitur, vbi non tam in Monasticâ disciplinâ quam re domestici propagandâ suã probè monstrat industriã

1403. *Ioannes* Abbas ipso die Diuo Benedicto sacro moritur.

Joannes

1404. *Joannes* Küssinger Augustanus ex Monacho S. Vdalrici postulatus ante quatuor annos in Abbatẽ Ottoburanũ, hoc anno magno Monasterij cõmodo repetitur & assumitur in Abbatẽ Cœnobij S. Vdalrici. Vir erat animi sagacis & prouidi in consilijs. Aedificijs etiam aliquot Monasterium auxit. *Ioannes XXXVII.*

1411. *Sigismundus* Rex Hungariæ vnanimi Electorum consensu Imperator Romanorum creatur.

1414. Cum Schisma grauissimum & longissimum esset in Ecclesiâ, operâ *Sigismundi* Imp. cogitur Concilium Cõstantiense generale, in quo tres cedunt Põtifices, Ioannes XXIII. Gregorius XII. Benedictus XIII.

Joannes Abbas S. Vdalrici cum in priori Monasterio Ottoburano Infulâ Pontificali decoratus fuisset, & Monasteriũ S. Vdalrici nondum eo priuilegio gauderet, id sibi in Concilio Constantiensi confirmari curat.

In eodem Concilio de nouo statutũ fuit pro Reformatione Monachorum nigrorũ Ord. S. Benedicti in Prouinciâ Moguntinâ degentium, vt de triennio in triennium iuxta antiquam consuetudinem Prouincialia haberentur Concilia.

1417. Vacante adhuc Sede Apostolicâ, Constãtiæ, durante adhuc Concilio, in Monasterio Petri domus dicto primũ habetur Prouinciale Capitulum Abbatum Ordinis S. Benedicti Prouinciæ Moguntinæ ac Diœcesis Bambergensis.

Eodem anno sublato Schismate Otto Columna Romanus S.R.E. Cardinalis creatur Summus Pontifex dictus *Martinus V.*

1418. Moguntiæ in Conuentu Fratrum Eremitarum S. Augustini celebratur secundum Prouinciale Capitulum Abbatum Ord. S.

Anno Christi

Benedicti, in quo prȩsident Abbates Fuldensis, Campidunensis & Ioannes S. Vdalrici Augustæ.

1424. *Petrus à Schaumberg* nobilis Ostro Francus auctoritate Martini Papæ V. ex Canonico Herbipolensi & Bambergensi Augustæ fit Episcopus.

1428. *Joannes* Abbas ob aduersam valetudinem ad Thermas proficiscitur & ibi moritur. Cadauer Augustam defertur, & in consueto Abbatum sepulchreto terræ mandatur.

Henricus XXXVIII.

In eius locum venit Henricus Heuterus Augustanus.

Eodem anno *Martinus Papa* V. Episcopo Frisingensi iniungit munus reuocandi bona iniustè à Monasterio S. Vdalrici ablata, Pontificatus sui anno XI.

1431. Auctoritate *Martini Papæ V.* cogitur Cõcilium Generale Basileæ; Mortuo Martino V. Põt. Max. succedit *Eugenius IV.* cuius auctoritate continuatur Concilium Basileense.

1432. Octauum Prouinciale Capitulũ Ord. S. Benedicti habetur Augustæ Vindelicorum in Monasterio SS. Vdalrici & Afræ.

1435. Durat adhuc *Concilium Basileense*, à quo Immunitates, Priuilegia, Indulgẽtiæ & Indulta per Romanos Põtifices ac Imperatores Cœnobio *S. Vdalrici* vnquã cõcessa approbantur.

Istud Concilium in fine κεφάλαιον docet aliqua quæ à Summis Pontificibus & posteris Concilijs improbata fuere; Dissoluitur ergô per se.

1438. Conuocato scilicet auctoritate Eugenij IV. Pont. Max. alio Concilio Ferrariæ, quod postmodum cogente Peste Florentiã transfertur ibiq; finitur sequenti Anno. Adsunt Græci, Armeni, Rutheni, & Indiqui cum Romanâ Ecclesiâ concordiam ineunt & v. Heuriniuntur.

Anno Christi

Henricus Abbas viuere desinit, succedit *Joannes ab Hohenstein* nobili ex Baioariâ stemmate oriundus. Is primò in Cœnobio Ebersbergensi Monachum professus, deinde fato eum dirigente Augustam venit, Conuentui S. Vdalrici inseritur, demùm fit Abbas. Multa præclarè gessit quæ famam merētur. Aedificia ab antecessoribꝰ suis cœpta, partim absoluit, partim noua molitus est. Domum Prædicatoriā, vt vocāt, ampliauit & tabulauit. Multa prædia emit, inter ea pagum *Finningensem*. Disciplinā quoq; Monasticā hortatu Petri Episcopi Augustani iuxta statutū Concilij Constantiensis restituit, vocatis ad hoc ex Monasterio Mellicensi quatuor viris Religiosis qui à Monachis Sublacēsibus Religiosas cærimonias iā ante probè edocti fuerant. Alia plura egit cū laude, hoc solo infelix quod pleraq; Monasterij Priuilegia ac Diplomata sub eius regimine incendio perierint. Abdicat Abbatiam vigesimo anno & alijs viginti annis priuatam agit vitam, moritur Anno MCCCCLXXVIII. Joannes XXXIX.

1439.

1440. *Fridericus* Archidux Austriæ, Ernesti F. Frācofurti eligitur in Imperatorem Romanorum huius nominis Tertium.

Hoc anno Sodalitas SS. Vdalrici & Afræ initium sumit.

1447. *Nicolaus V.* Pont. Max. hoc anno eligitur, qui primus Diuo *Simperto* Episcopo Augustano diuinos decreuit honores, viuæ vocis oraculo.

1450. *Petrus* Episcopus Augustanus creatur Cardinalis Tit. S. Vitalis à *Nicolao* V. Pont. Max. Anno Iubilei.

Nicolaus Papa V. priuilegijs ornat Monasterium S.S. *Vdalrici & Afræ.*

1454. B. *Joannes Capistranus* Ord. S. *Francisci*

Anno Christi

à *Nicolao* V. Pont. Max. in Germaniam missus Augustę magno cũ fructu cõcionatur. Nam Auditores animis perculsi trahas pictas, cartulas & alueos lusorios, & alia eiusmodi ad pedes eius tulêre & flammis tradidêre. Is Dilingâ ad Abbatẽ S. Vdalrici rescripsit, eumq; cum Conuentu meritorum Ordinis sui participem esse voluit.

1455. *Ludouicus* Dux Bauariæ suscipit in suam protectionem Monasterium S. Vdalrici cũ omnibus bonis tam intra quam extra Baioariam sitis.

Georgius Marchio Morauiæ Presbyter ac Professus Monasterij D. Vdalrici hoc anno fato fungitur.

1458. *Pius* II. Pont. Max. antea dictus Aeneas Syluius ex familiâ Piccolomineorum ex Cardinali S. Eustachij & Episcopo Senensi hoc anno eligitur.

1459. *Ioanni Hohenstemio* Abbati sponte cedenti subrogatur communi Fratrum consensu *Melchior de Stambaim*, Vir non tam stirpe quã animi viribus & præstantiâ nobilis. Is à iuuentute bonis literis eruditus Viẽnæ in Austriâ grauiorib⁹ Theologię & Pontificij Iuris studijs operã dedit, imò & meritos honoris Titulos ex vtroq; reportauit. Demũ humana fastidiẽs ad diuiniora applicuit animũ, ac Mellicense Cœnobium ingressus Monachũ professus est. Inde paternũ solum aliquãdo inuisurus in Sueuiã venit, & in VViblingẽsi celebri Monasterio aliquãdiu permansit. Ibi agnitâ ei⁹ virtute operâ Cardinalis & Episcopi Augustani, huic loco Abbas præfectus est. Ille mox Mellicũ profect⁹ Viros Diuinâ lege eruditos exciuit, quorũ consilio & ope Monasticã disciplinam plenius restaurauit. Fuit Illustrissimo Cardinali *Petro* eiusq; successori

Melchior XL.

Ioanni

Anno Christi

Ioanni à VVerdenberg Episcopis Augustanis & *Ludouico* Baioariæ Duci à secretioribus cõsilijs. Monasteria quædã huius Diœcesis *Ottoburanum, Thierhauptanũ* & alia reformauit. *Fultenbacense* ab Ordine penitus auulsum ab Episcopo *Ioanne à VVerdenberg* multis precibus obtinuit, & ad Benedictinũ, missis illuc Fratribus, institutum reduxit. In Monasterio S. Nicolai extra mœnia Vrbis Augustanę olim sito Virgines sacras instituit easq; Monasticis disciplinis probè instruxit, lectiores ex ijs aliquas ad alia Monasteria Virginũ *Kûbacense* & *Holzense* transtulit, eaque pristino rigori & decori restituit. Bibliothecam ampliauit & conquisitis vndique libris tam excusis quam scriptis auxit. Vt Fratres ad literas magis animaret, & otium, perniciem Monasteriorum fugaret, artem impressoriam à *Ioanne Guttenbergio* nuper * inuentam in Conuentum suum introduxit. Templum ruinam minitans diruit, & nouum à fundamentis eduxit magno ausu sed non felici successu.

* *Anno* MCCCCXL.

Hoc anno Maximilianus I. Imperator postea futurus, in die Cœnę Domini Neostadij nascitur; Serenissima Leonora Imperatrix & Mater felicissima hoc faustum nũtium Augustanis per literas significat. In die Paschæ sacro fonte abluitur.

1464. *Pius* Papa II. expeditionem in Turcas parat editâ Cruciatâ; Inde exciti Augustæ MCC. viri, acceptis à Magistratu Augustano armis apud Patres Frãciscanos cõscietię maculas eluũt, in Cathedrali Ecclesiâ per D. Suffraganeũ sacro viatico muniti Cruce rubeâ signãtur; demùm ad *D. Vdalrici* ędẽ ascẽdunt terni, vbi per Abbatẽ in medio Tẽpli ingeniculãtes breui oratione animati omnes ex Calice D. Vdal-

Anno Christi

Vdalrici bibunt, & iter contra hostem aggrediuntur.

Eodem anno habetur Capitulum Prouinciale Patrum Ord. S. Benedicti Herbipoli, in quo præter alios Abbates præsidet *Melchior* Abbas S. Vdalrici Augustæ.

1467. Iterum habetur Conuentus Bambergæ in Monasterio Montis Monachorum, vbi rursus præsidet Abbas *Melchior*.

Eodem anno in die Assumptioni D. Virgini sacro *Petrus* Cardinalis & Episcopus Augustanus primarium lapidem pro noua Ecclesiæ S. Vdalrici structurâ in magnâ hominum frequentiâ ponit.

1469. *Joannes* Comes à *VVerdenberg* eligitur post Petrum Cardinalem in Episcopum Augustanum.

1470. Erphordiæ habetur Capitulum, præsidet cum aliis *Melchior* Abbas.

1471. Restituitur Ordini Benedictino Monasterium *Fultenbacense*.

Henricus XLI. 1474. *Melchior* Abbas diem claudit; Eidem sufficitur *Henricus Fries* Augustanus, Vir Religiosus, insignis castimoniæ, Diuæ Virginis amator singularis, vnde & Virgineus dictus.

Is primo sui regiminis anno Nouercam habuit Fortunam cùm in ipso festo die Apostolorum Petri & Pauli tempestas maxima nouam Templi fabricam vix absolutam deiecit, & Parochum cum Coadiutore ac triginta tribus alijs vtriusq; sexus hominibus oppressit *Friderico* Imp. cum Principibus Imperij Comitia Augustæ celebrante.

1475. *Henricus* Abbas nouam eamque vltimam Templi S. Vdalrici molitur structuram.

Joannes XLII. 1482. Moritur *Henricus* Abbas, succedit *Joannes de Giltlingen* Melchioris Nepos vir genere ac virtute nobilis. Præest feliciter, auget & illustrat Cœnobium.

Sixtus

Vdalrici bibunt, & iter contra hoſtes gradiuntur.

Eodem anno habetur Capitulum uinciale Patrum Ord. S. Benedicti Ii, in quo præter alios Abbates præſi dauit Abbas S. Vdalrici Augustæ.

467. Iterum habetur Comitia in Monaſterio Montis Monachorum ruſus præſidet Abbas Melchior.

Eodem anno in die Aſſumptionis gini facto Petrus Cardinalis Epiſ guſtanus primarium lapidem ecclesiæ S. Vdalrici ſtructurandum frequentiâ ponit.

1469. Joannes Comes à VVeltzig Petrum Cardinalem in Epiſcopum ſtanum.

Erphordiæ habetur Capitulum cum aliis Melchior Abbas.

1470. Reſtituitur Ordini Benedicti ſterium Fulrenbacense.

1471. Melchior Abbas diem obiit citur Henricus Fries Augustanus fus, inſignis caſtimoniæ, Dei mator ſingularis, vnicè & Virg

1474. Is primo ſui regiminis anno habuit Fortunam cùm in gib poſtolorum Petri & Pauli templa nouam Templi fabricam deiecit, & Parochum cum Ca triginta tribus aliis vtriuſque oppreſſit Friderico Imp. cum ſua pertj Comitia Augustæ celebra Henricus Abbas nouam eam Templi S. Vdalrici molitur fund

1475. Moritur Henricus Abbas, natus de Giltlingen Melchioris Nepos virtute nobilis. Præfuit felicit luſtrat Cœnobium.

Anno Chriſti

Sixtus IV. Pont. Max. omnia Monaſterij Privilegia ab anteceſſoribꝰ conceſſa approbat & confirmat.

1483.

1485. Celebratur Capitulum Provinciale Abbatum Ord. S. Benedicti in Cœnobio SS. Vdalrici & Afræ Auguſtæ.

Innocentius Papa VIII. de nouo concedit Abbati S. Vdalrici & ſucceſſoribus Ius mitræ Pontificiæ geſtandæ cum poteſtate conſecrandi calices & alia ad Diuinum vſum neceſſaria. Anno Pontificatus I.

1486. *Maximilianus Friderici* Filius viuente ac volente Patre Rex Romanorum eligitur & Coronam accipit Aquiſgrani.

1492. Sacra oſſa Divi *Symperti* Epiſcopi Auguſtani in ultimâ Templi S. Vdalrici ruinâ ruderibus operta ac perdita, ſuperiori anno rurſus inventa, hoc demùm cum ſolenni pompâ præſente *Maximiliano* Rege ac pluribus Imperij Principibus, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus & Baronibus ad honeſtiorem locum transferuntur.

1494. *Maximilianus* Auſtriacus Romanorum iam pridem Rex, hoc anno Imperator acclamatur hoc nomine Primus.

1496. *Joanni* Abbati de *Giltlingen* ſuccedit *Conradus Mörlinus* Auguſtanus vir magnæ prudentiæ & eloquentiæ, *Maximiliano* Cæſari à Conſilijs, à quo etiam multa beneficia conſecutus eſt. Animi ſui magnitudinem tam in ædificijs quàm alijs rebus præclarè geſtis egregiè monſtrauit.

Alexander Papa VI. Parochiam S. Vdalrici vnit Monaſterio, & concedit Abbati poteſtatem inſtituendi in Curionem Sacerdotem ſiue ſecularem ſiue regularem ad nutum amouibilem.

Anno Christi

Carolus V. Imperator hoc anno nascitur.

Maximilianus I. Imp. Comitia Augustæ celebrat.

Finito Templi posterioris S. Vdalrici ædificio *Conradus* Abbas anteriorem partem quam Chorum vocant à fundamentis emolitur. *Maximilianus* Imperator cum Friderico Sanseuerinate S. R. E. Cardinale Legato à Latere primarium lapidem in die, qui D. Margaritæ sacer est, summâ cum solennitate ponit.

1503. Publica supplicatio præsente *Maximiliano* Imp. ac Imperatrice cum magnâ Cleri corum ac Ciuium vtriusque sexus turbâ ab Aede Principe Ciuitatis ad Templum S. Vdalrici instituitur propter prodigiosas Cruces in vestibus lineis hominum, mulierum præsertim, & quibusuis alijs linteis tam Augustæ quam vicinis locis apparentes.

1504. Imp. Cæsar *Maximilianus* Bohemis hostibus non longè à Reginoburgo deuictis ac triumphatis, militare trophæum D. Simperto consecrat, & ad eius sepulchrum suspendit.

1510. *Conradus Mörlinus* Abbas diem claudit, & in loco Capitulari sepelitur cum tali Epitaphio.

VIVVS. MIHI. HANC. SVB. QVA. MORTVVS. QVIESCEREM. DOMVM. PARAVI. SVM. ETENIM. CONRADVS. MOERLIN. COENOBI. HVIVS ABBAS. NOLI. OBSECRO. MORTVO INIVRIAM. FACERE. QVAM. NEC. TIBI. FECERIM.

Ioannes XLIV.

Eodem anno eligitur in Abbatem *Joannes Schrot* Augustanus.

Sub hoc Abbate Religiosus quidã *Leonardus VVirstlinus* adeo scribendi artem calluit, vt centum diuersas scripturas felici manu suâ ex-

Anno Christi

suâ exararet. Extat is liber in Bibliothecâ S. Vdalrici D. *Maximiliano* Imp. inscriptus.

Eodem tempore Ottomarus Luscinius Argentinensis Lector huius Cœnobij, quâuis non Religiosus, vt Possevinus putauit, vir haud vulgaris doctrinæ floruit, cuius aliquot ingenij fœtus passim sunt obuij.

1517. *Martinus Lutherus* Monachus Augustinianus contra Indulgentias pessimo initio declamare incipit.

1518. *Maximilianus* Imp. Comitia caq; vltima Augustæ habet. Is cùm Leoni X. Pont Max. de turbis à Luthero in Germaniâ concitatis conqueritur, Pontifex Thomam de Vio S. R. E. Tituli S. Sixti Cardinalem Legatum à Latere ad Comitia Augustana mittit.

In eo Conuentu Thomas Cardinalis Caietanus primâ die Augusti auctoritate Leonis X. Pont. Max. Albertum Archiepiscopũ Moguntinum & Magdeburgensem Cardinalitio galero donat & in supremum Ecclesiæ Senatum publicâ pompâ in Ædem Principe Maximiliano Imp. atq; Principibus Imperij præsentibus adlegit.

Martinus Lutherus ad hæc Comitia causam dicturus vocatur, qui nisi obtẽto ab Imperatore ac Principibus saluo conductu venire recusat. Comparet igitur Augustæ, at verò disputationem cũ Ioanne Eccio Theologo Ingolstadiensi nisi in partibus Saxoniæ non vult inire. Cumq; *Cardinalis Caietanus* Iuris processum contra eum tanquam hæreticum meditatur, ab Imperatore ac Principibus ob datam Fidem liber abire permittitur Colloquio Lipsiam translato.

Habuit *Maximilianus* Imp. Aedem Diui *Vdalrici* in magnâ semper veneratione. Igitur priusquã dissolutis Comitijs hinc migraret,

Anno Christi

fati sui veluti gnarus quendam è suis sacrorũ Mysten ad Cœnobiũ mittit qui diceret, *Cupere suam Maiestatem Rei Diuinæ apud Cognatum suum* (Vdalricum) *interesse, nec velle vt Aulici sui Musici, sed Fratres eam peragant.* Venit religiosissimus Imperator, rem diuinam intentè auscultat, oculos, in Fratres sæpè figit, ipso quasi vultu ac gestu vale vltimum facit. Ad extremum Fratribus Bouem grandem donat in solatium & memoriam; Cumq; carnium esus tunc in vsu non esset, ipse à Summo Pontifice indultum habebat, vt vbicunque esset cum Religiosis, ipsi licitè carnibus vesci possent.

Augustà demùm emigrans vbi ad primã ab vrbe metam peruentum, versus ad eandem bene precatus ait, *Cara Augusta, Cari Ciues quos inter delicias sæpe habuimus, Deus vos seruet, nunquam vos posthac videbimus.* Et cum dicto abijt.

1519. Maximilianus Imp. migrat ex hac vitâ XII. Ianuarij, Princeps inter Christianos Imperatores pace & bello laudatissimus.

Eodem anno in eius locum eligitur *Carolus* Hispaniæ Rex *Maximiliani* Nepos Pietate, Prudentiâ, Animi magnitudine Auo non impar, Fortunâ etiam maior.

1525. *Clemens* Papa VII. Legem abstinentiæ à carnibus laxat tribus in hebdomadâ diebus pro Monachis Ordinis *S. Benedicti* in Prouinciâ Moguntinâ constitutis.

Ioannes XLV. 1528. *Ioannes Kônlin* Augustanus post fugâ lapsũ antecessorem eligitur in Abbatem SS. *Vdalrici & Afræ*, Vir bonus & rectus sed melioris animi quam Fortunæ, Nam hæc cum cum turbæ in Imperio toto, Augustæ verò maximè essent, loco pepulit cum suis, nec, dum viueret, restituit.

Carolus

fati sui veluti gnarus quendam è fra-
rū Mysten ad Cœnobiū mittit qui
Cupere suam Maiestatem Rei Diuinæ apud
suum (Vdalricum) interesse, nec velle v
suis Musicis, sed Fratres eum precari. Vir
giosissimus Imperator, rem diuinam
te auscultat, oculos, in Fratres fixos
quasi vultu ac gestu vale vltimum
extremum Fratribus Bouem grat
nat in solatium & memoriam; Cam
nium eius tunc in vlu non esse, ne
mo Pontifice indultum habeba
que esset cum Religiosis, ipsi
vesci possent.

Augusta demùm emigrans vi
ab vrbe metam peruentum, vel
dem bene precatus ait. *Cari*
quos inter delicias sæpe habuimus, Deu
nunquam vos posthac videbimus. Et
abijt.

Maximilianus Imp. migrat
XII. Ianuarij, Princeps inter
peratores pace & bello laudatissimus.

Eodem anno in eius locum
lus Hispaniæ Rex *Maximiliani* Ne
Prudentia, Animi magnitudine
impar, Fortuna etiam maior.

Clemens Papa *VII.* Legem
carnibus laxat *tribus* in Hebdom
pro Monachis Ordinis S. *Benedicti* in
cta *Moguntina* constituit.

Ioannes Kimlin Augustanus post
antecessorem eligitur in Abbatem
rum *Afræ*, Vir bonus & rectus sed
animi quam Fortunæ. Nam hæc cum
turbæ in Imperio toto, Augustæ ver
mis essent, loco pepulit cum suis, nec
viueret, restituit.

Anno Christi	
	Carolus V. Imperator Bononiæ à *Clemente*
1530.	VII. Pont. Max. Imperiali Coronâ donatur.
	Eodē anno Comitia Imperialia habentur Augustæ præsente *Carolo* atq; vniuersis Imperij Ordinib⁹ in quibus Lutherani nouā Confessionē suam quam *Augustanā* indigetarūt à Philippo Melāchthone confictā Imperatori approbandā offerunt, quam tamen ipse minimè probauit, sed potius Catholicis Theologis examinandam & confutādam dedit.
	Circa finem huius anni Principes, vulgò Protestantes dicti, fœdus Smalchaldiæ ineunt, quod etiam sequenti anno in sui defensionem magis roborant.
1532.	*Solimanno* Turcarum Imperatore cum immenso exercitu Germaniæ imminēte Cæsar cū Principibus Noribergę pacem componit vsq; ad proximè futurū Concilium. Cōiunctis ergo Germanię virib⁹ Tyrān⁹ in fugā agitur.
	Carolus Cæsar obtentâ victoriâ Italiam petit, Bononiæ cum Papâ *Clemente VII.* de Generali Concilio indicendo agit, inde in Hispaniam sequenti anno nauigat.
1533.	Augustę incipiunt Lutherani insolescere, Clero insultare, ad disputandum prouocare, & quasuis occasiones abolendi ritus Catholicos quærere.
1534.	Catholicis Prædicatoribus Augustæ silēcium imponitur, solis Ministris Lutheranis ex Senatus decreto Cancelli patent.
1535.	*Carolus V.* Imp. Guletā arcē munitissimam, mox Tunetū expugnat pulso Barbarossâ & magno Turcarū numero cæso. Reb⁹ in Africâ compositis & Mulealse in Regnum Tunetanum restituto Cæsar victor in Siciliam traijcit, pòst Romam triumphans ingreditur, inde in Hispaniam reuertitur.
1537.	Abrogatis Augustæ per nouum Senatus-

Anno Christi

consultum Missâ, Cærimonijs, Aris & quibusuis sacris Imaginibus iubentur Clerici & Monachi in partes Lutheranorum transire aut intra octiduum vrbe cedere.

Eodē anno ad XVIII. Ianuarij fit discessio totius Cleri; *Ioannes* Abbas S. Vdalrici cum Conuentu VVittelspachium in Baioariam secedit; Monasterio potiuntur Lutherani.

1538. *Ioannes* Abbas moritur in Baioariâ, & in Monasterio SS. Petri & Pauli Thierhauptano sepelitur.

Simon XLVI. 1539. *Simon Gollius* Augustanus venit in locum Ioannis Abbatis S. Vdalrici.

Carolus Cæsar ex Hispaniâ in Belgium per Gallias proficiscitur, vbi à Francisco Rege Christianissimo perquàm honorifice habetur.

1541. Comitia Imperialia habentur Ratisponę *Carolo* Cæsare & *Ferdinando* Rege prę sentibus; Controuersia de Religione reijcitur ad futurum Concilium.

Cæsar iterum in Africam nauigat, Algerium infeliciter oppugnat.

1542. *Concilium Tridentinum* diu desideratum hoc anno à *Paulo* III. Pont. Max. indicitur.

1543. *Ottho* ex illustri familiâ Truchsesiorum oriundus magnæ virtutis merito in Episcopū eligitur Augustanum, in locū Christophori à Stadion in Comitijs Norimbergensibus, vbi Cæsaris vices agebat, defuncti, post S. R. E. Cardinalis Tit. S. Sabinę creatur.

1545. Inchoatur Concilium Tridentinum, habeturq; prima Sessio XIII. Decembris.

1546. *Martinus Lutherus* Reip. Christianæ Pestis infelicem exhalat animam.

Cæsar Comitijs Ratisbonæ habitis arma contra quosdam perduelles Imperij, quos Protestantes vocant, clāculum parat, cuius consilia

Anno Christi

consilia mox deteguntur. *Fridericus* Saxo & *Philippus* Lantgrauius proscribuntur: Hi Cæsari bellum indicunt. Cæsar ad Ingolstadiū ex aduerso hostium castra metatur, quos breui in fugam versos cū toto exercitu insequitur. Interim Principes aliquot cum Ciuitatibus plurimis terrore perculsos supplices recipit. Augusta quasi vltima in gratiam redit.

1547. *Carolus* Imperator cœptum prosequens bellum in Saxoniam mouet, *Fridericum* Electorem debellat, vincit & capit

Lantgrauius capto Saxone rebus iam desperatis Cæsari fit supplex & captiuus ducitur, & totâ Germaniâ potitur Imperator.

Sub finem Iulij Cæsar Augustam venit, & eò cunctos Imperij Ordines ad Calendas Septembres conuocat.

Otthо Cardinalis & Episcopus Augustanus redit Augustam, & VII. die Augusti quæ Diuæ *Afræ* sacra est, primò in Ecclesiâ S. *Vdalrici* sacris operatur.

Idem deinde facit in Aede Principe, quā Cathedralem vocant, XII. die Augusti quæ Diuæ *Hilariæ* sollennis habetur.

1548. *Simon* Abbas S. Vdalrici VVittelspachij diem claudit, cui sufficitur ibidem *Iacobus* Köpplinius vir ætate Iuuenis sed magni & excelsi animi. *Iacobus XLVII.*

Cæsar Augustæ Senatu exauctorato nouum constituit, & Reipublicæ statum immutat, Scabinis in ordinem redactis.

Clerus Augustam reducitur & in integrum restituitur.

1549. *Iacobus* Abbas Monasterij sui restitutionē impetrat, & cū Conuentu in vrbē recipitur. Præfuit iste vir annis LII. queis Monasteriū pristino splendori magnâ cum industriâ restituit,

stituit, Iura seruauit, multis etiã bonis auxit.

1552. *Mauritius* Saxo qui Electoratus Dignitatẽ loco *Friderici* captiui ab Imperatore *Carolo* paulo ante acceperat, obtendens Landgrauij liberationem Cæsari bellum infert.

Augustã paruo præsidio munitã deditione capit, Senatum à Cæsare nuper constitutum immutat, & veterem restituit.

Cæsar XX. die Augusti redit Augustã, Senatum à Principibus institutum remouet, & priorem quem ipse creârat restituit.

1556. *Carolus* V. Imp. Maximis Imperatoribus æquãdus, postquã Imperij Diadema *Ferdinãdo* Fratri, reliqua regna *Philippo* Filio tradidit, ipse in Hispaniã nauigat, & religiosæ vitę studio incensus in solitudinẽ secedit Deo ac diuinis rebus vacatur⁹; Imperij insignia Augustę in Aede Principe Diuę Virginis suspẽdit.

1558. *Carolus* Imp. æternà memoriâ dignus XXI. die Septemb. Deo reddit animam. Anno ætatis LIX.

1563. Concilium Tridentinũ finitur sub *Pio* IV. Pont. Opt. Max. habeturq; vltima Sessio III. die Decẽbris & absoluitur quartâ sequenti.

1567. *Synodus* Diœcesana Augustensis Dilingæ habetur præsidente Otthone S. R. E. Cardinale Albanensi & Episcopo Augustano, in quâ multa Ecclesiasticã disciplinam & Cęrmonias concernentia iuxta ordinationem SS. Tridentinæ Synodi statutâ fuêre.

1575. Lutherani Ministri Confessionem suam quã Augustanã dicunt, *Jeremiæ* Cõstantinopolitano Patriarchæ, vt in communionem illius Ecclesiæ admitterentur offerunt, sed repulsam patiuntur, insuper & scriptis confutatur illa Confessio.

1579. Ossa S. Simperti Episcopi tertiò & vltimò transferuntur in eum locũ vbi hodie in *Gregorii* veneratione sunt.

1582. Gregorij XIII. Pont. Max. auctoritate Calēdarium per insignes quosdam Mathematicæ peritos correctum hoc anno Christiano Orbi promulgatur.

Lutherani & quilibet alij ab Ecclesiâ auulsi nolunt recipere Calendarium Gregorianum tanquam rem Conscientiæ contrariam, ducentes sibi Religioni Pontificis Romani auctoritati se submittere. Hinc

1584. seditio ciuilis Augustæ sat periculosa, quam tamen Magistratus suâ auctoritate prudenter compescuit.

1594. Turris illa S. Vdalrici prælta absoluitur sub *Iacobo* Abbate.

1600. *Iacobus Köpplinus* Abbas extremum claudit diem, in cuius locum eodem anno lubileo ipsis Calēdis Martij eligitur *Ioannes Merckhius* qui etiamnum præsidet. Eius in augendo ædificijs Cœnobio, Temploque ornandi studium facta ipsa satis edocent. Lapidem, si lubet, Lector, inspice, pone Altare supremum & hæc verba leges.

D. O. M.
VIRGINI. ΘΕΟΤΟΚΩΙ. RELIQVISQVE. COELITIBVS. PARTIM. HIC. AD. CVLTVM. PVBLICVM. EXPOSITIS. PARTIM. IN. TERRAM. DEMISSIS. CONDITISQVE. ODEVM. PRINCEPS. TRIPLICESQVE. CHOROS. SACELLVM. SVPERIVS. INGENS. ARAS. QVATVOR. MAXIMAS. CVM. NOVA. TOTIVS. PROPE. TEMPLI. SVBSTRVCTIONE. CERTE. INSTAVRATIONE. OMNIQVE. ORNATV. INTRA. PROXIMVM. DVODECENNIVM. MOLITI.
IOANNES. ABBAS. DVODEQVINQVAGESIMVS.
GREGORIVS. PRIOR.
TOTVSQVE. CONVENTVS. POSVERVNT.
ANNO. POST. C.N. M DC. XII.

1607. R.mus & Ill.mus Princeps ac Dominus *D. Hēricus* Episcopus Augustanus Arā Templi *S. Vdalrici* omnibus iā numeris absoluti Principē sollenni pompâ dedicat & consecrat.

Syno-

Anno Christi

1610. Synodus Augustæ Diœcesana cogitur Præsidente eodem Ill.mo Principe *Henrico* Episcopo Augustano, cuius Acta typis excusa passim habentur.

Eodem anno Sodalitas SS. Vdalrici & Afræ diu neglecta restituitur.

1618. Ad. 7. Idus Octob. Reliquiæ SS. Dignæ & aliorum septem Martyrum, & quatuor Confessorum Pontificum VVicterpi, Tossonis, Nidgarij & Adalberonis ex abdito & angusto loco ad sacrarium solenni pompâ transferuntur & loco augustiori ponuntur.

1619. *Ferdinandus* II. Romanorum Imperator semper Augustus P. F. Francofurti hoc anno electus Augustam venit, & diem S. Michaeli Archangelo sacrum in Aede D. Vdalrici totâ Sueuiâ & Bauariâ applaudentibus medios inter fluctus rerum & procellas facit lætissimum & celeberrimum.

O Fœlix Germania tam claro Sydere illustrata! Quot nebulæ ad Solem hunc exorientem diffugêre?

Tu, ô Deus, Vos ô Diui Diuæque seruate nobis illum, & caram Patriam tot bellis attritam sub eius Imperio reuirescere, & Pace tandem suauiter florere facite.

Imus iam ad Finem, Lector, quidquid enim est in Mundo finem habet & in Funus desinit. Ergo & hoc opus Funere aliquando futuro claudere libuit; Id dabit, cum Dijs placuerit, Ioannes iste Abbas, qui plurimam huic libro scribendo dedit & rem & ansam. Sapientem certè ex hoc dixerim, quod Fati sui memor Monumentum hoc Marmori incisum viuus sibi ponere voluerit.

IOAN.

Coll. Soc. Jesu Paderb.
1697

Synodus Augustæ Dioecesana op
Præsidente eodem Ill.mo Principe Elno
piscopo Augustano, cuius Acta typis
passim habentur.

Eodem anno Sodalitas SS. Vdal
Afræ diu neglecta restituitur.

Ad 7. Idus Octob. Reliquiæ SS. D
aliorum septem Martyrum, &
Confessorum Pontificum VVicto
sonis, Nidgarij & Adalberonis e
angusto loco ad sacrarium solem
transferuntur & loco augustior
tur.

Ferdinandus II. Romanorum
semper Augustus P.F. Francofur
electus Augustam venit, & diem
li Archangelo sacrum in Aede D
totâ Sueuiâ & Bauariâ applaudent
dios inter fluctus rerum & procel
lætissimum & celeberrimum.

O Fœlix Germania tam claro
strata! Quot nebulæ ad Solem
entem diffugêre?

Tu, ô Deus, Vos ô Diui Diuæ
nobis illum, & caram Patriam
tritam sub eius Imperio reuirescere
tandem suauiter florere facite.

Imus iam ad Finem, Lector,
nim est in Mundo finem habet &
desinit. *Ergo & hoc opus Funere*
do futuro claudere libuit; Id dabit
Dijs placuerit, Ioannes iste Abbas,
mam huic libro scribendo dedit &
ansam. Sapientem certè ex hoc
quod Fati sui memor Monumen
hoc Marmori incisum viuus
bi ponere vo-
luerit. 10

Coll. Sanct. Jac. Patrib.
1697

Anno Christi

A. P. Ω.

IOANNES. ABBAS.
VT. VIVVS. MORTIS. NVNQVAM. ESSET. IM-
MEMOR. ET. MORTVVS. ÆTERNVM. VIVERET.
HOC. SIBI. MONVMENTVM. FIERI. C. ANNO.
P.C.N. M.DC. VI.
VIXIT. ANNOS. MENS. D. OBIIT.

O Censor Mundi da cum lustraueris Orbem,
Stet pius electas Agnus hic inter Oues.

FINIS.

Correctiones.

Pag. 4.	v. 4.	Euanascente,	*scribe,*	euanescente.
14.	22.	me,		mei.
68.	7.	MARIÆ,		MARIA.
69.	vlt.	Reliliquias,		Reliquias.
70.	6.	Coronatum,		Coronatorum.
72.	7.	Reliquarum,		Reliquiarum.
98.	2.	reficit,		refecit.
eod.	4.	Sacerdorali,		Sacerdotali.
136.	12.	Wolfangi,		VVolfgangi.
152.	30.	alijsq;		alijq;.
157.	24.	Episepporum,		Episcoporum.
eod.	28.	Londobardorum,		Longobardorum.
159.	35.	Còm,		Cùm.
162.	23.	iustituit,		instituit.
167.	31.	Anaguiæ,		Anagniæ.
169.	17.	profectionem,		protectionem.
186.	6.	Religiosissimus,		Religiosissimus.
188.	9.	moritur,		moritur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cennolti
Historia Canonicorum
Regularium

Th
1068a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P.
G: Pinelli
Hist: Canon: Regul
a
P. Bea: Hertzeleer
Basilica Augustana
S. V
7